3.

ANIMADVERSIONES
IN EPIDEMIAS ATQUE CONTAGES
AD CHOLERAM MORBUM
RELATAE

QUAS

AUDITORIBUS SUIS PRAELEGIT

Josephus Corneliani

CLINICES MEDICAE PROFESSOR

IN C. R. ARCHIGYMNASIO TICINENSI

NOSOCOMII CIVICI DIRECTOR

ETC. ETC.



PAPIAE

EX TYP. PETRI BIZZONI

1836.

INCLYTAE FACULTATIS MEDICAE TICINENSIS

PROFESSORIBUS ATQUE DOCTORIBUS

PRAESTANTISSIMIS IN RE MEDICA VIRIS

HAEC PAUCA IN PERDIFFICILI ARGUMENTO

DELIBATA

HUMILITER CONSECRAT

AUCTOR.

LECTIO PRIMA.

Organismus humanus ex semetipso nec valetudine frui nec morbo conflictari potest, nisi in assiduo mutuoque cum rebus externis lusu. Quamdiu vitae humanae vires res externas ita sibi subigere valent, ut organica materies ipsaeque vires vitales perenni destructioni subjiectae in pristinum et integrum statum restitui queant, corpus etiam humanum incolume vivit, ac secunda homini valetudo arridet. Si vero hujusmodi externae prophases vario gradu et modo agentes vitae viribus mutari subigique amplius nequeunt, vitae reactio externo potius impulsui cedat oportet, tota vita a statu normali aberrat, morbus oritur, atque illae eaedem potentiae nocentes effectae in veram morbi causam remotam commutantur.

Sapienter ideo celeb. *Hartmannus* (1) in altera suae pathologiae editione utplurimum

(1) Hartmann, pathol. general. Vindob. 1828. § 598.

emendata scripsit: « Corpus vivum, quod « omnibus, quae illius saluti insidiantur, po- « tentiis aut repellendis aut sibi subigendis « sufficeret, neque vi nocivae neque morbo « aditum concederet; qua vero immunitate « cum gaudere non possunt quae in terra vi- « vunt, ut quae, limitibus sat arctis circum- « scripta, limitata etiam resistendi et adsimi- « landi potentia instruuntur; fit inde, ut non- « nisi efficientias externas certi gradus et modi « sibi subigere valeant. Corpus igitur vivum, « potestatum externarum adpulsui justo fortiori « obnoxium, earum vi necessario cedens a « recto tramite removebitur morbi imperio « subjiciendum. Unde sequitur, ipsam corporis « naturam, suis limitibus circumscriptam, in « caussa esse, ut potentiis nocentibus et ipsi « morbo victas subinde manus tradat. »

Admirandum autem sane est, easdem naturae externae res ad vitam continuo alendam sanitatemque tuendam pernecessarias, nocentes saepe fieri popularesque morbos ingenerare, dum grandimundiales conversiones in universa natura accidunt, vel e corporibus animalibus vivis veneficum aliquod aut contagiosum principium adsimilatur atque producitur. Istiusmodi imo morbi ab hocce fonte evoluturi summam lethalitatem ac diffusionem nacti, maximam et magistratuum et medentium attentionem postulant, ut opportunior noscatur prophylaxis ad

eos rato tempore praevertendos, magisque congrua morbo jam evoluto admoveatur therapia.

Mens tamen est, nonnulla tantummodo de morbis hisce epidemico-contagiosis tradere hinc inde a diligentissimis observatoribus excerpta, meisque Auditoribus accommodata, cumque etiam morbus, qui nunc epidemico debachatur, aptissimam nobis occasionem praebeat.

Ille potentiarum cosmo-telluricarum complexus cui morbi populares similemque formam vel genium referentes innituntur, *constitutio epidemica* audit, quam in stationariam, annuam atque intercurrentem passim diviserunt medici. Tales ideo morbi *epidemici* vocantur, qui in populum diffusi, temporis potius quam loci limitibus circumscribuntur, quosque, ut recte se exprimit clar. *Hartmann* (1), temporum vicissitudines generant, intendunt, multiplicant, mitigant, et extinguunt.

Haud satisfacit tamen hujus praeclaris Auctoris opinio, ut morborum epidemicorum originem ex eo rerum concursu expendamus, qui aut plures simul homines ad idem morbi genus proniores reddit, aut potentiam nocentem edit, quae per certum temporis intervallum dominans eidem morbo in pluribus hominibus excitando par est. Haec ultima enim ratio hypothetica adhucdum manet semperque manebit,

(1) *Hartmann*, theoria morbi § 537.

quousque naturae scrutatores illud arcanum *quid* invenerint, cui medici veteres epidemiarum morborumque epidemicorum rationem tribuere solebant.

Re quidem vera in aestimando hominis ad hominem vel ad universum commercio et sub continuis rerum externarum vicibus, nihil specifici peculiarisque naturae invenimus, quod a loci natura, a terrae sinu, ab aquis, ab imponderabilibus, a physicis aëris qualitatibus, a cosmicarum potentiarum in corpora terrestria influxu, a moribus, a nutrimentis potibusque, a negotiis, publicisque calamitatibus, ad diversum temporis nutum ingenitum sit adeoque diffusum, ut epidemicos producere valeat morbos.

Doctissimus quoque *Foderé* qui perarduam de morbis epidemicis doctrinam pluribus observationibus locupletavit, in suo de *Cholera-morbo* utplurimum commendando opere eandem hanc ideam est amplexus. «Nous appe« lons, inquit ille (1), épidémiques, les mala« dies provenant d'un vice général des alimens « et des boissons, ou des émanations répan« dues dans une masse donnéer d'air atmos« phérique, et qui se bornent au lieu où el« les ont pris naissance, sauf que l'air infecté,

(1) Foderé, Recherches sur le Choléra-morbus. Paris 1831. Chapitre XIII. pag. 287.

« poussé par les vents dans une gorge étroite,
« ou réfléchi contre un plan incliné, ne les
« reproduise dans un autre lieu. Indépendam-
« ment des causes sensibles d'insalubrité, les
« grands tremblemens de terre et autres ter-
« ribles catastrophes, tant physiques que mo-
« rales, ont quelquefois donné lieu à des épi-
« démies, qui sont bornées au théâtre de leur
« développement. Assez souvent les animaux
« comme les hommes ont été affectés per ces
« causes générales. »

Qua propter nec epidemicum aliquid *latens* aut *divinum, ignotum, incomprehensibile* in atmosphaera coeloque quaerere oportet, cum caussae pateant manifestae epidemiarum in permutatis grandimundialibus vicissitudinibus, perturbatisque temporum tempestatumque successionibus, quae omnia summam in hominis vitam sanitatemque exserunt influxum.

Et quamvis celeb. *Rosa* nimis aëris qualitatibus sensibilibus in iis gignendis epidemiis tribueret, tamen morborum epidemicorum originem adamussim scrutatus est, iisque tantummodo exceptis notionibus indigestis atque labantibus, quas jatro-chemiae erroribus adscribendas putamus.

Aëris, inquit ille (1), intemperiem ex multiplici sensilium qualitatum mutatione, meteo-

(1) Rosa, de epidem. et contagiosis acroasis 1782 § 75.

ris, ventorum vicibus, externorum admixtione, per varios anni, tempestatum, et temporum status, quas constitutiones appellant, corporibus multifariam nocere. Nocere autem non immisso miasmate, nec veneni seminio, sed solidorum mutato statu, fluidorum crasi vitiata, motuum ordine, quantitate, vi paullatim alterata. Nec omnino ab iis caussis materiem morborum inferri corporibus aut miasma; sed nativa paullatim alterari, multiformes humorum alienationes et acritatum labes induci, donec vitium recipiant corpora et suis quoque modis aegrotent.

Quae si qui ex cognitis corporis elementis et animalis oeconomiae legibus diligenter perpenderint, non illi certe aut *divinum* in aëre, aut *latens* quicquam requirant. Quemadmodum enim in naturalihus tempestatum et anni conversionibus mutari corporum conditiones necesse est, eademque subitis post aestus frigoribus saepe, et multimodis aegrotare; sic eadem multo magis per assiduas et magnas aëris perturbationes contingere reputandum est, et multo vehementius saevire. Quae quum omnibus communia sint, afficiant autem pro suo quosque modo, consequens est non modo multos per quasque constitutiones, sed multis quoque, et diversis morbis tentari et in quocumque genere populariter multos: quae ratio

est vulgarium constitutionum, quas epidemicas vulgo nominant.

Utique ergo epidemicum id esse convenit, quod ex insueta coeli constitutione, insuetos aliquando morbos, eosque graves, et uno tempore frequentiores propagat. Nempe non insuetum aliquod in aëre principium, seminium, miasma; sed insignem aliquam tempestatum ratione, in sensibilibus aëris qualitatibus alienationem.

Quo titulo consequens est nec regulares annuos, et tempestatum communes, qui certis temporibus revertuntur; nec pestilentes, pestemve comprehendi: sed qualia totis libris descripta ab *Hippocrate* a magnis temporum perversionibus fiunt, quae nullis obstricta legibus, incerta huc illuc feruntur et magna jure epidemica nominantur.

Jam coelum quum dicimus, hunc ipsum circumfusum aërem intelligimus, quam et atmosphaeram vocamus; cujus manifestarum qualitatum manifesta vi, quamvis ratione incomperta mutari viventium corpora certum est.

Itaque a perturbatis terrigenis coelique potestatibus, quibus temporum successiones tempestatumque vices innituntur, epidemicas constitutiones morbosque epidemicos oriri ratio et facta suadent, quin ad abditas naturae qualitates confugere necesse sit.

Etsi interdum tales et quidem magnas in universum permutationes observare peritissimi non potuerint naturae scrutatores, quum morbus aliquis epidemice apparuerit, *Hippocratis, Galeni, Valesii, Ballonii, Huxamii* aliorumque eximiorum virorum non immemores, respiciant isti in anteacti temporis vicissitudines rationem esse quaerendam. Morbi praesentes a praeterita temporum conditione fluunt: accipiunt vero etiam differentiam a conditione praesentis, quare utriusque oporteret habere rationem (Vales. in 6. Epid. Hippocr. sect. 8. text. 25.) *Rosa* de epid. et contag. §. 90.

Omnino cum praelaudato *Rosa Perkinsii* verba afferre oportunum est, quae ingenuam veritatem nec fuco oblinitam, nec hypothesibus praejudicatam praeseferunt. »Il paroit d'après »plusieurs observations, que le fièvres epide»miques les plus mortelles ne sont pas ordi»nairement produites par des causes imme»diates; la cause étant souvent établie plu»sieurs mois avant, que la maladie pareisse. »On en trouve des preuves convencantes dans »les personnes, qui étant fort éloignées d'une »Province, d'une Ville, ou d'une famille, ont »été attaquées de l' epidemie regnante dans »les pays qu'elles occupaient d'abord« (1).

(1) Histoir. de la Soc. Ph. de medec. de Paris peg. 208.

Sapientissime ideo scripsit *Gaubius* (1), quod morbi caussa recte cognoscitur curiosa indagatione eorum, quae ita morbum antecesserunt, ut credibile sit ad illius generationem aliquid contulisse: sive ea primitus in homine extiterint, sive pridem aut nuper a foris accesserint. His quippe potestates continentur, quarum confluxione causa morbi nascitur, ut adeo hujus originem rite considerata declarent.

Oportunissime etiam praeclar. *Huxamius* (2) expertissimi *Hoffmanni* monitum refert, hortando nimirum ardenter. »Omnes et singulos »medicorum cordatiores, quibus curae cordi»que salus hominum est, ut in annotandis »morborum historiis, si epidemici morbi gras»santur, et diligentissimi et accuratissimi sint; »et quisque in suo loco temporum et tempe»statum praecedentium, et praesentium, con»stitutionem, item in barometro mercurii mo»tum, ac gradum caloris ex thermometro, si»mul adjiciant, integrasque et plenas historias »cum methodo curandi et eventu exhibeant«.

Hac eadem de caussa *Burserius* et ipse, postquam frequenter peticulas observasset cum febribus periodicis decurrere, jam ante menses peticularem epidemiam praedicere potuit, quae

(1) Gaub. pathol. medic. §. 72.

(2) *Huxam*: observat. de aëre et morb. epid. vol. alterum ab anno 1736. ad an. 1748. pag. 180.

ticinensem et faëntinum agrum annis 1765-67 debacchata est.

Quapropter magnus etiam *Sydenham* (1), princeps epidemiarum scrutator admonet, nullum morbum epidemicum, nisi a contagio genitum, subito ingredi, paullatimque incidere, ut oporteat primam eorum evolutionem jam ante menses vel annos quaerere, cujus rei exempla sane multa ipse tradit, uti praeprimis illud excellit febris dysentericae ante cholerae epidemicae adventum sua aetate visae jamdudum grassantis.

Verumtamen clar. *Hildenbrandii* (2) opinio me quidem non latet, quod nempe praepostera foret conclusio, jam omnem in globo terraqueo eumque ambiente aëreo fluido mutationem vel ideo excludere velle, quod neque thermometrum, neque barometrum manifesta praebeant indicia laborantis cujusdam syderis. Quot et quantas aër saepenumero patitur labes, quas nec exquisitissima instrumenta aërometrica patefaciunt? Quotidiana edocemur experientia hygrometram coelo sereno quandoque altius extolli, quam si densissimae undiquaque incumbent nebulae. Aërem putida mephitide, pestifero miasmate, vel fragrante quo-

(1) *Sydenham:* oper. omn. de dysent. et cholera epid.

(2) *Hildenbrand:* Animadversiones in constitutionem morborum stationariam: Vindobonae 1831. pag. 40.

dam odore imbutam, emunctas si exciperis nares, nulla revelant aëreometra. Eandem thermometri, barometri, hygrometri stationem, quam hodie medias inter pluvias cernis, cras refulgente undique phoebo ne hilum videbis discrepare. Imo et multo graviores haud raro in atmosphaera revolutiones ipsiusque telluris visceribus accidunt, uti meteora, diluvia, terraemotus, vulcanorum explosiones, quin consuetis adnuncientur aëreometris.

Ideo praelaudatus vir *Darwinii* et *Meadii* opinionem sequens syderum praesertimque lunae et solis defectionibus in atmosphaericis atque terrigenis mutationibus gignendis acquiescit, quae summam in hominis vitam influxum exserentes, epidemiarum genesi quammaxime opitulantur.

Nec multum ab hac opinione discrepat doctiss. *Puccinotti*, cujus de cholera morbo opusculum modo mihi scribenti pervenit. « V' ha dunque, ait ille (1), un genio epide- « mico rettore delle epidemie stazionarie, che » sfugge alle nostre fisiche indagini, e che pro- » babilmente dipende da influenze magneto- « elettriche, tutt' ora oscure, sui corpi orga- « nici intermezzi tra il magnetismo terrestre « e l' atmosfera elettrica. E' questa la parte

(1) *Piccinotti*: osservaz. clin. sul cholera morbus. Firenze 1835. pag. 10,

« incognita della predisposizione ai morbi « epidemici ».

Ast his etiam positis, quae haud satis comprobata sunt, nemo inficias ibit, hujusmodi potentias omnes incomperta adhuc ratione corpora ita mutare, ut epidemici oriantur morbi, quin occultum aliquod principium abs terrae vel atmosphaerae sinu erutum admittere fas sit, quam hypothesim nescio cur omnes pene sequuti sint, qui, praeeunte ipso *Sydenhamo*, epidemiarum originem expendere conabantur.

Potius igitur credendum est pro temporum ac tempestatum conversionibus talem contingere rerum naturam universam efficientium mutationem, ut inde alienus jam sit earum universalis concentus, atque corpora organica praecipueque animalia ad certa tempora et loca adstricta in suis functionibus plus minusve perturbentur, donec sub levidensibus causis vel etiam sub consueto vivendi genere in peculiares similisque naturae morbos plures homines eodem tempore eodemque sub coelo degentes facillime offendant.

Quae quidem veritas eo magis elucet, si cum strenuis epidemiarum observatoribus, *Sydenhamio, Ballonio, Huxamio, Swietenio, Rosa, Hildenbrandio* aliisque, fatendum est, ferales interdum sub coelo pulcherrimo ortum duxisse epidemias, neque similes annorum habitudines

et conversiones eandem morborum epidemicorum naturam eundemque recursum effecisse compertum habere.

Jamque pluries laudatus *Sydenhamius*, inquit cl. *ab Hildenbrand* (1), fatetur, diversas annorum habitudines, quoad manifestas aëris qualitates diligenter quidem notavisse, sed operam se perdidisse: animadvertit enim, annos, quoad manifestam aëris temperiem sibi plane consentientes, dispari admodum morborum agmine, infestari et viceversa. Hocce magni viri adsertum etiam celeb. *Van-Swieten* (2) indefessis, quas per decem annos continuavit, observationibus confirmatum habuit. Non dissimili ratione sub pulcherrimo coelo ac regulari tempestate anno 1793 epidemice evoluta est febris flava Philadelphiae ab advecto contagio ingenita, utut nonnulli primam contenderent originem epidemicam.

Caveant ideo medici ne pro maximo habeant argumento illud *Hippocratis* effatum, quod tales nimirum *morbi epidemici partim ex vivendi genere, partim etiam ex spiritu quem vivendo trahimus* sint repetendi. Plura enim hujus generis exempla evidentiora nobis referunt epidemiae petechiales; quapropter clar.

(1) *Hildenb.* op. cit. pag. 41.

(2) *Van-Swieten:* Commentar. in *Boerh.* aphor. 1408.

Cerri verba adducere non displicet, ut haec veritas dilucidius pateat (1).

«A dire vero, *inquit Auctor*, le epidemie di «*Castano, Besnate, Crugnola*, e *Lesa* decorsero «in tempi ubertosi e d' abbondanza. *Fraca*«*storo* parlando di questo morbo scrive: *Vero* «*nobiles magis quam plebs* hac tanguntur labe. «*Ramazzini* parimenti dice che la stessa col«piva del pari *aegenos et divites. Borsieri* in«segna: non raro peticulae etiam epidemicae «exoriuntur, ubi nulla annonae caritas. — «*Rasori* predisse che sciolto il blocco di Ge«nova l' epidemia sarebbesi propagata di più: «eppure in allora cessava il motivo della po«vertà dei cibi. Nelle epidemie che afflissero «dello stesso male Vienna, Londra, Firenze, «Trento, Lipsia; infine tutta l' Europa, non «furono certamente risparmiate le persone «comode. In quella che ora serpeggia fra noi «penetrò anch' essa in singolari case. — Al «contrario in mezzo a numerose famiglie ali«mentate con identici cibi uno solo viene tal«volta assalito dal morbo. *Ex quo certe in*«*firmari videtur*, dice il vero maestro di que«sto morbo, *Borsieri*, *eorum opinio*, *qui ab* «*inopia et pravitate alimentorum morbi caus*«*sam derivandam volunt.* Si può dunque a

(1) *Omodei* annali universali Fasc. VI. Giugno 1817. pag. 280.

« buon dritto conchiudere non essere la scar-
« sezza d' alimenti una causa bastevole per se
« a generare l' epidemia del tifo petecchiale ;
« ma doversi la medesima collocare nel no-
« vero delle cause occasionali o predisponenti
« che in concorso d' altre cause , come sono
« la poca pulitezza , l' immediata comunica-
« zione, in cui per angustia di case sono po-
« sti i sani cogli ammorbati, e la esposizione
« di loro persone alle vicende dell' atmosfera
« li renda più suscettibili di risentire i cattivi
« effetti della predominante costituzione : ciò
« che a detta del chiarissimo *Tommasini* equi-
« vale a tutto.

« Riguardo all' aria, quando si piglia in con-
» siderazione l' atmosfera dal lato del cambia-
« mento di stagioni, poco o nulla pare che le
« vicissitudini della stessa possano influire sul-
» le malattie epidemiche. Infatti si possono
» egli nè aspettare, nè meno immaginare tem-
« pi ostinatamente più sereni e limpidi, e più
« importunamente asciutti de' presenti, ne' quali
« predominò fra noi il morbo petecchiale ?
« *Tempora sicca universaliter pluviosis salubrio-*
« *ra*, disse *Galeno*, eppure in questi tempi fuv-
« vi un turbine d' ammalati d' ogni specie ,
« quantunque in gennajo , febbrajo , marzo ,
« aprile e fino alla metà di maggio non abbia
« piovuto quasi mai. Ebbe dunque ragione
« *Sydenham* di dire: *Interea aëris dispositionem*

« *pesti suscitandae per se imparem esse vehe-* « *menter suspicor*; ed il mio maestro insegna « che le intempestive stagioni sogliono essere « cagione di mali passaggieri: *Hinc vulgo mor-* « *bi stationarii, sive tempestatis vocantur*: ma « non già degli epidemici; *nihil mutant regio-* « *nes, quidquid clamitent ignari*, dice *Tissot* ».

Ad quam veritatem eo magis probandam ea lubenti animo referre placet, quae *Burserius* (1) vir longa experientia probatissimus de peticulis agens asseverat, quaeque morbis aliis contagioso-epidemicis ipsique cholerae nunc pervaganti applicari queunt omnino. « Frequentissime vero, ait vir ille summus, omnium « annonae caritas accusari solet, quia plerum- « que pauperes et plebeii ab epidemicis mor- « bis primi corripiuntur. Hinc plerique medi- « corum ex malo victu, neglectu corporis, im- « munditie et domiciliis angustis, humidis in- « salubribusque morbi originem ducunt. Ve- « rum non raro peticulae etiam epidemicae « exoriuntur, ubi nulla annonae caritas, ubi « nulla segetum rubigo, nulla frugum depra- « vatio antecessit, invaduntque etiam divites, « optime altos, bene et commode habitantes, « et nullum cum infectis commercium aut « consuetudinem habentes. Imo hi gravius in- « terdum laborant ac periclitantur, quam alii

(1) Burser. Inst. med. pract. de peticulis § 346-47.

« infimae sortis homines. Id praesertim in pe-
« ticulis anni 1528 annotavit *Fracastorius*,
« deinde suo tempore Tridenti *Roboretus*. Id
« multo post *Ramazzinius* quoque in peticulis
« illis Mutinensibus, quas nec annonae caritati,
« nec segetum rubigini ullo ausus est modo
« tribuere. Memini egomet ipse in maligna fu-
« nestissimaque peticularum constitutione an-
« ni 1767, qua magna pars Italiae et specia-
« tim, ut supra jam indicavi, Etruria atque
« Aemilia conflictata est, memini, inquam, Are-
« tii, quae urbs non modo editissimo in loco
« atque a paludibus maxime dissito sedet, ve-
« rum etiam illo ipso anno tanta rerum omnium
« et imprimis cerealium et quidem optimae
» notae copia abundavit, ut sterilitati inopiae-
« que totius ferme Etruriae reliquae prospicere
« prope sola potuerit, morbum et latius et
« diffusius proserpisse, stragemque edidisse
« majorem, quod supra jam innui. In Aemilia
« vero Ravennam, quae urbs est humiliori hu-
« midiorique solo posita, quaeque eisdem aë-
« ris temporumque constitutionibus atque aliis
« anni vicissitudinibus et calamitatibus obnoxia
« fuit, liceat repetere, cum reliquis finitimis
« oppidis et pagis omnino intactam et a com-
« muni lue liberam extitisse, dum ceterae
« provinciae salubriores editioresque civitates
« saevissime plectebantur. Id ipsum in aliis
« bene multis constitutionibus evenisse histo-

« ria medica docet. Memini etiam, in eadem « familia eodem victus genere utentium unum « interdum solum epidemico morbo correptum, « reliquis omnibus illaesis; ex quo certe infir- « mari videtur eorum opinio, qui ab inopia « et pravitate alimentorum morbi caussam de- « rivandam volunt. »

« Ast ubi annonae caritas accusari nequit, « plerique arbitrantur, in temporum praece- « dentium aërisque vicissitudinibus peticularum « fontem quaerendum esse. Verum morbi qui « ex temporum variationibus nascuntur, ple- « rumque brevi tempore durant, nec unam « vel alteram anni tempestatem praetergredi « consueverunt, utpote qui adveniente alia « aëris constitutione fugantur. Hinc vulgo morbi « stationarii sive tempestatis vocantur. Et « quanquam peticulae nonnunquam stationariae « esse possint, quales nos ipsi aliquando spe- « ctavimus, cum tamen epidemicae vere fiunt, « et universim vagantur, diutius utplurimum « persistunt, et non tantum ad unam vel al- « teram anni aetatem, sed ad annum saepe « totum, imo ad biennium et triennium pro- « trahuntur; quod ex conscriptis earum vul- « gatisque historiis facile cuique patet. Prae- « terea observator ille oculatissimus et epide- « micorum indagator incomparabilis *Sydenha-* « *mius* sub iisdem aut similibus temporum « aërisque constitutionibus non unum idemque

« morbi epidemici genus semper exsurgere,
« sed saepe aliud atque aliud diversissimum
« perspexit; quidquid contra autument alii
« non fortasse cum illo observationum numero
« ac praestantia comparandi. Imo mirum *Ra-*
« *mazzinio* nostro epidemicorum historia ver-
« satissimo visum est, eundem morbum, peti-
« culas videlicet, tribus annis, in suis consti-
« tutionibus inter se tam dissimilibus, cum
« urbem tum villas et vicinia oppida infestare
« continuasse. Nec rara ejusdem exempla in-
« veniet quicunque animo aequo ac libero
« morborum ortum, processum et finem, et
« simul tempestatum constitutiones aërisque
« variationes diu ac sedulo consideraverit. »

Et si vero dubium superesse non potest de ea quam dicunt *constitutionem stationariam* vel *intercurrentem*; hoc tamen cum praeclaro *Hartmanno* (1) dissimulandum haud est, morborum epidemicorum successionem sat saepe scholae potius quam naturae legibus obtemperare, et eodem tempore quo medicorum quaedam secta summum in rebus medicis imperium tenet, illud etiam morborum genus, cui scholae principia prae caeteris favent, epidemicum ubique grassari.

Hujus rei sat perspicuum nobis praebuit exemplum momentosum *Brunonis* systema sub

(1) *Hartmann*: path. gen. l. c. § 540.

peculiari forsan epidemica constitutione morbisque asthenicis utplurimum favente tunc temporis in Anglia regnante, enatum, quod deinde praepotens adeo tenuit in scholis medicis imperium, ut commune morborum genus scholae principiis medici potius accommodarent. Nec minus in errore versati sunt alii, qui plane oppositum in morbis fere omnibus invenerunt characterem *hypersthenicum* eminenterque *phlogisticum*, dum isti obliti sunt, nonnullas fuisse intercurrentes epidemicas constitutiones, sub quibus character morborum inflammatorius quammaxime fractus non amplius eadem medendi methodo indigebat, sicuti solemnis fuit epidemica constitutio annorum 1817-18, quo tempore apud nos typhus peticularis grassabatur; cujus quidem febris natura, quamvis in plerisque et pene non omnibus casibus hypersthenica esset, internisque etiam non raro inflammationibus conjuncta occurreret, nec tamen magnas ac repetitas sanguinis jacturas aliasque evacuationes postulabat; sed simplicissima medendi methodo, potibus nimirum diluentibus affatim sumptis et subemetica tartari stibiati solutione, additis interdum vesicantibus revulsionis caussa adplicitis tutissime sanabatur, sicuti in ephimeridibus clar. *Omodei* (1) videre est.

(1) *Omodei*: Annali di Medicina, ann. 1817.

Id ipsum in veris quoque organorum nobilium inflammationibus a plurimis visum est, uti solemnis fuit annus 1820, de quo clar. *Hildenbrand* (1) commemorat. Idem porro auctor (2) hujus generis exempla refert de epidemia stationaria asthenica putrida, qualem *Lentinius* per plurium annorum seriem ab anno 1756 usque ad annum 1785, et pie defunctus parens ab anno 1785 usque ad annum 1792 in *Volhynia*, *Podolia* et *Ucrania* observavit, nec non casus constitutionis gastricae, quam praesertim *Stollii* scriptis dessumere licet ab anno 1775 usque ad annum 1784, recensentur.

Nos etiam elapso et currenti anno a vena pluries secata nec adeo promptum nec adeo efficax habuimus levamen, quod duobus jam ab hinc annis in morbis similibus observatum est. Exinde evenire solebat, quod etiam pergraves inflammationes praecipue pulmonum aut hepatis, vel febres puerperales, nervosum aut gastricum characterem facile assumentes haud amplius ubique aegrotantium periculo summeque ancipiti exitu insignem remediorum antiphlogisticorum apparatum perferre possent, quin tamen tonica vel stimulantia pharmaca proficerent, quidem nimis praepostere et immaturo consilio adhibita in manifestum aegro-

(1) *Hildenbrand*: Annal. Schol. clin. ticin. t. I.

(2) *Hildenb.*: in const. morb. station. t. I pag. 61.

rum convertebantur damnum, atque medicus nimis sero se penitere solebat, hanc sollicite adhibuisse therapiam. Neque multum absimilem observationem pandit laudatus *ab Hildenbrand* (1), dum epidemiarum morborumque epidemicorum leges et conversiones solerter ipse disquirit, atque praepotentem theoriarum medicarum influxum perpendere satagit.

Ab hocce eodem epidemico fonte repetendae omnino sunt nonnullae constantes etiam morbosae formae, quae sporadicis frequenter adsociantur morbis, quum affectio aliqua, quamvis interdum primitivae originis contagiosae habenda sit, epidemice dominatur. Ita exacto anno 1835, variola in urbe nostra pagisque latius grassante, plura adnotavimus phaenomena, sicuti in clinico Instituto ad aegrorum lectulos sat saepe perhibuimus, huic exanthemati propria aliis quoque pluribusque morbis sporadicis non raro conjuncta, uti gastralgiae, vomituritiones, lombagines, parotides, ptyalismus et similia. Quum vero aestiva adultaque tempestate insueta frequentia dysenteriae pituitosae aut biliosae et vomitus apud nos pariter dominarentur, vix non omnes aliae occurrentes aegritudines acutae et chronicae similia quaedam concomitantia praeseferebant phoenomena, cumque in finitimis *Liguriae* et

(1) *Hildenb.*: Animad. in epid. const. l. c. pag. 74.

Pedemontii terris *Cholera* contagioso-epidemica saeviret, nos etiam terribilis hostis invasione ingenti fuimus percussi timore: nunquam enim adeo insignem lateque diffusam vidimus praedispositionem, sub qua si prima jam morbi favilla forte ponitur, magnum statim excitatur incendium vix ac ne vix quidem coërcendum.

Itidem anno 1832--33 morbus contagioso-epidemicus a regionibus septentrionalibus ad nostras propagatas terras hic quoque mitissime evolvebatur, quem communiter *krip*, *influentiam*, *catarrhum* aut *tussim russam* appellant. Eoque vidimus tunc peripneumonias aliosque morbos singularem modificationem pati, ita quidem ut grassantis morbi phaenomena plura exhiberent. Quid inde mirum si cholera in quadam urbe aut provincia evoluta, vix non omnes homines aliqua experiri soleant morbi cholerosi phaenomena, quin ideo contagiosa ejus natura et origo inficiari quisquam possit?

Vulgaris opinio est, constitutiones epidemicas stationarias plures latitudinis et longitudinis geographicae gradus complecti debere, indeque morbos epidemicos universam fere terram et statuto quodam ordine citissime permeare. Quae tamen observatio latissimo sensu intelligi sine errore nequit; namque fidelis experientia docuit, hanc per vastas ditiones diffusionem haud semper contingere, nec morbi simpliciter epidemici adeo celerem

ad universam fere orbem propagationem fuisse. Et si nonnullos catarrhos aliquasque febres excipimus, quae talem nobis praeseferre interdum potuerunt diffusionis legem, vix aliud invenire licet exemplum hujusmodi. Neque velim, quemquam *tussis russae* exemplum praebere, vel praesentis aevi *cholerae orientalis*, vel etiam *mortis atrae* saeculi XIV a *Villanio* graphice descriptae vel *Anglicani sudoris* anni 1485 evoluti. Etenim credendum imprimis est, aliquam contagionem cum favente epidemica locorum et temporum constitutione hisce morbis subfuisse, atque ex alia parte nec adeo celeris nec adeo universalis eorum morborum diffusio fuit, si atram mortem saeculi XIV seu veram excipimus pestem. Namque *sudor anglicus*, ut celeb. *Hecker* (1) admonet, anno 1485 evolutus non ultra populos Britannos transgressus est, neque *russa tussis*, docente celeb. *Rosa*, totum orbem peragravit (2).

(1) *Hecker*: trad. ital. del dottore Fasseta di Venezia intorno al sudore anglicano 1835. — « Fu cosa ben sor-« prendente, scrive il traduttore, che l' epidemia del su-« dore inglese dell' anno 1485 non abbia oltrepassato i « confini dell' Inghilterra, e mentre era una funesta pro-« prietà dei *Britanni*, non siasi esteso sino alla Scozia e « all' Irlanda e a Calais britannico. Senza dubbio molto « influirono le proprietà del paese, ma molto più ancora « i cangiamenti dell' aria, non poco le abitudini e le vi-« cende del tempo. »

(2) *Rosa*: oper. cit. de tussi russa an. 1782.

Et quamquam nonnulli casus doceant morbos epidemicos vel etiam contagiosam indolem postea nactos ab ortu ad occasum directione diffundi, hic tamen nec certus, nec constans haberi potest horum morborum character, cum sciamus *tussim russam*, *mortem atram*, atque nunc *vagantem choleram*, aliosque etiam duntaxat epidemicos morbos hanc regularem constantemque directionem nequaquam sequutos esse.

Plures imo epidemici inveniuntur morbi, qui trans unam alteramve provinciam non diffundebantur. Febrem petechialem in universa Europa grassantem aut successive migrantem nondum vidimus; omnesque medici ipseque *Burserius* hinc inde peticulam epidemico-contagiosam observarunt aliquibus tantum provinciis circumscriptam. — Encephalitis epidemica et summe lethalis prope *Pechin* anno 1743. — Pneumonitis epidemica a *Sydenham*, a *Grant*, ab *Huxam*, a *Fischer*, a *Planche* visa atque descripta maxime lethalis fuit, ut aegrotantes turmatim morirentur. — Hepatitidem quoque epidemicam plures commemorant Auctores, quos inter praecipue *Hallerus*, *Van-Svieten*, *Fischer* recensentur, qui ultimus momentosam epidemiam refert anno 1718 in Senegal grassantem, quemadmodum apud nos anno 1803 ferme epidemice apparuit, atque nunc temporis etiam insigni

frequentia suum nec raro indomitum extollit caput. — Neque operae pretium esset, plurima alia referre exempla unicuique medicorum satis cognita dysenteriae, febris puerperalis, rheumaticae aut catarrhalis epidemice et populariter dominantium — Nervorum denique morbi et ipsi constitutionis epidemicae influxum effugere non potuerunt, sicuti praeprimis de chorea, de raphania, de tetano aliisque narrant auctores.

Quae tamen omnia morborum epidemicorum exempla luculenter ostendunt, raro morbos epidemicos adeo late diffundi, ut celeriter magnam exstensamque provinciam aut universum fere terrarum orbem infestaverint. Quare si hocce principium nimis generatim perspectum ab aliquibus Auctoribus sat tutum producitur, ut epidemici morbi a contagiosis probe discriminentur, hypotheticam nonnisi atque erroneam proferre ipsi non raro conabuntur sententiam.

Atmosphaerae prophases mox physicis instrumentis cognoscendae mox ignotae, imponderabilia externa non minus ac syderum potestas peculiarem tantum ab initio ingenerare valent diathesim; nec semper necesse est, ut caussae occasionalis, potentiae nocentis, passim procatarticae gradum attingant ad constitutionales et epidemicos extricandos morbos. Ab illis enim momentis proëgumenis talis pe-

ne non omnibus hominum corporibus imprimitur perturbatio, ut res etiam summe naturales vix aliquo modo peccantes facillime in potentiam nocentem commutentur morbosque producere valeant formam geniumque referentes a peculiari ac primitiva constitutione epidemica ingenitum. Quapropter perspicuum est magis, illud arcanum principium epidemicum vel in atmosphaerae aut terrae sinu aut in coelo enatum, mere hypotheticum esse, rationibusque et factis plane denegatum.

Adeo praepotens est epidemicae constitutionis influxus, ut reliquis morbis sporadicis vel etiam contagiosis aliquas impertire valeat mutationes, dum epidemicus genius ab hisce ne hilum patitur. Haecce epidemicorum morborum proprietas praecedentis legis filia nisi ab eorum origine rite perspecta intelligi potest. Quum enim organica corpora eodem ac generali modo impressa et disposita sunt, quid mirum si multiplex et quaecumque morbi forma e contagio, ab atmosphaera, a caussis sporadicis admodum differentibus, vel aliunde enata, generalem tamen eandemque naturam plus minusve soleat induere? Variola ex. gr. testante *Sydenhamio* diversas patiebatur pro regnante epidemica constitutione et tempestate mutationes, ut nec semper eadem praestari posset therapia, quemadmodum id

ipsum ab omnis aevi medicis, praeeunte *Sydenhamio* compertum quoque est.

Hoc tamen velim ut animadverterent medici, vix ac ne vix quidem ab hac tantum epidemica ratione morborum naturam penitus inverti, saltem ab ipsorum morborum initio id nunquam fieri, ac multo minus in morbis contingere a specifica causa, uti a contagiis aut a venenis prodeuntibus. Quare inflammationes aliquam gradus et indolis mutationem pati equidem ob epidemicum influxum possunt, ut in hunc vel illum exitum, in resolutionem vel in lethum facilius nitantur, verum essentialis atque identicus inflammationis character nunquam permutatur. Febris variolosa, scarlatinosa, petechialis, pestilentialis eandem semper ab initio naturam sub quacumque temporum conversione vel epidemica constitutione nanciscantur oportet, utut clandestine serpere saepe soleat morbus, summeque versatilem sub decursu indolem praebeat. Qui quidem diagnosticus error fere semper a praeconcepta et praedilecta theoria progenitus, fons quoque fuit non infrequens in therapia ipsa errorum, quibus medicina ex integro adhuc apud omnes repurgata non est.

Reticere etiam non possumus, morbos epidemicos primitive tales ingentes temporum perturbationes frequentius praecessisse, nisi a contagiis suam duxerint originem. Qua de

causa, inquit jam laudatus ab *Hildenbrand* (1), quotiescumque improvisae, insolitae et graves in macrocosmo accidant conversiones, inevitabilis erit novae epidemiae ortus, vel jam jam existentis modificatio. Atque versa vice: quotiescumque vigens character morborum popularium notabilem sortitur mutationem, vel plane nova inauspicato exsurgit constitutio epidemica; de cosmica vel tellurica aliqua revolutione oborta satis tuto arguendum.

Hoc adsertum cum opinione congruit cl. *Rosae* (2), qui ideo admonet non solum quale hodie sit coelum, aut heri fuerit, sed quale tota tempestate praecesserit, quaeque sit ejus quod sic antecessit potestas in corpora ad morborum rationem plurimum referre, cum regnans actu morborum constitutio, a praegressa constitutione temporum maxime pendeat. Idcirco si quis hanc pernecessariam observationem praetermittit, nunquam is poterit veram epidemiarum noscere causam, neque ancipitem adhuc de aliquo morbo epidemico quaestionem aeque expendere atque dirimere.

In morbis origine sua epidemicis aliquam praedispositionis necessitatem adesse jam inter antiquos retulerunt *Galenus* et *Sydenhamius*, siquidem etiam inter recentiores opina-

(1) *Hildenb.* in const. epid. l. c.
(2) *Rosa* de epid. et contag. l. c.

tus est *Van-Swieten.* Quae tamen dispositio longe minor requiritur quam in morbis contagiosis observatur. Quare nil mirum, si morbi hujusmodi primitus epidemici tam cito et late vastissimas terrae provincias pervadere potuerint popularesque brevi tempore fieri, quid quod etiam de contagiosis evenire solet morbis, si generalis hominum praedispositio ab epidemica constitutione eo magis intenditur.

Morbos epidemicos per annos multos haud perstitisse, verum consilescere iterumque recurrere, quin tamen constantem annorum circuitum sequantur, communis opinio medicorum est. Quapropter quamprimum novus ac non antea visus morbus late et diu diffunditur quaqueversum et sine prodromis et epidemice debacchatur, nulloque ad tempora, ad loca tempestatesque respectu habito, de primitiva ejus epidemica origine non adeo facile credendum est, quam potius de contagione aliqua suspicandum. Minus enim verisimile est, in longissima annorum serie a prima orbis terrarum creatione usquedum, tales nunquam in externa natura contigisse perturbationes, quae vel eandem vel non multum absimilem epidemicam aegritudinem gignere non potuissent, cum nobis pateat, constante quodam ordine omnia in externa natura et in grandimundialibus conversionibus fieri.

Morbus epidemicus igitur gradatim nascitur,

postea repente saevit, furit atque innumeros adoritur homines, donec gradatim paullatimque mitescit et sponte sua rursum disparet, fors denuo rediturus, absque tamen, uti monuimus, regulari annorum circuitu, sicuti jam clar. viri *Rosa* et *Gregory* nonnullas epidemicas in *Etruria* constitutiones per plura saecula redeuntes absque ulla temporum constanti periodo et successione adnotarunt.

═══

LECTIO ALTERA.

Neminem odierno aevo latet, *contagium* vitae morbosae productum sistere, quare neque in externis coeli, aëris et terrae potestatibus, neque in homine sano illud quaerere oportet. Hinc a mephitidis aut veneni specie aliove infenso miasmate aut principio extra organismum aegrum a corporum organicorum corruptione genito, jam satis discriminatur.

Sive autem indigena vel exotica contagia sint, procul dubio ad primam eorum originem plures conferre faventes conditiones debuerunt, partim ab aëris, aquarum, terrae vel coeli statu, partim ex victus ratione, aut physico vivendi genere, moribusque populorum pendentes. Hypothetica enim opinio habenda est omnium contagiorum germina humano generi coaeva fuisse, eorumque propagationem ab illo tempore usque nunc serie non interrupta perstitisse. Huic enim opinioni, inquit clar.

Hildenbrand (1), renititur improvisa contagiorum in certis regionibus evolutio, quin praegressum commercium cum aliis populis simili malo adfectis insimulari possit, atque origo contagiorum recentium, quorum nulla apud veteres inveniuntur vestigia.

Retenta vero in scholis accepta divisione in contagia *monoclimatica* et polyclimatica, adnotasse sufficiat, non omnia climata nec eorum origini nec eorum propagationi eadem ratione opitulari. Hinc in zonae torridae ditionibus omnibus morbi contagiosi facilius ingenerantur atque reproducuntur, et latius diffunduntur et longe majorem vim atque saevitiem nanciscuntur.

Ast an omni certitudine evictum est, hanc contagiorum divisionem in *exotica* et *monoclimatica* atque in *indigena* et *polyclimatica* nullis unquam variationibus subjectam fuisse nec subjici posse? Id nemo defendere est ausus, et ni mea me fallit opinio, ratione et factis non repugnat, interdum ingentes epidemicas conversiones accidere, ut fortuitus oriri possit complexus circumstantiarum coelo-telluricarum, ex quibus corpus humanum peculiari morbi indole affectum, novum et non antea visum ubique locorum contagium producere valeat. Neque dissimili ratione primam intelligere

(1) *Hild.* Inst. pract. med. t. 4 § 198. Viennae 1825.

possumus apparitionem sudoris anglicani, mortis atrae seu pestis nigrae *Villanii*, *tussis russae*, febris petechialis, febris pestilentialis, quae *Boyero*, *Maulinio* et *Burserio* (1) testantibus *Bellovacos* misere afflixit, vel etiam cholerae anni 1669, quae primitus in Anglia enata est et classico calamo ab immortali *Sydenhamio* descripta, quaeque ultimae duo aegritudines cum praesenti cholera-morbo nunc in Europa latissime diffuso cognationem offerrent.

Proinde, inquit cl. *Rosa* (2), potest illorum vi talis et tanta in corporibus fieri permutatio, ut et morbi inde nascantur atque ii vere contagiosi sint et pestilentes. Ex somno subdiali per noctem etiam in aëre puro atque sano excitantur febres malignae, quae facile in contagiosas evadunt. Puerpera caeterum sana ex calido victu, in calido et angusto conclavi corripitur febre non modo acuta et maligna sed contagiosa et pestilenti. Eodem modo coelum putre, vapor palustris, et his adfinia non sunt contagia ipsa per se, sed caussae excitandis in corpore contagiis idoneae.

Haec eadem fundamentalis contagiorum lex, tunc etiam eorum diffusionem dirigit, quum

(1) Histoir de l'academ. Roy. ann. 1747. — *Burser.* inst. med. pract. t. 1. cap. 216.

(2) *Rosa:* oper. cit. § 155. not. 60.

morbus aliquis origine contagiosus, postea epidemicus sub faventibus adjunctis redditur. Quare maxima veritate praeclar. *Foderé* (1) scripsit: « Sont propagées par la contagion, « et par conséquent contagio-épidémiques, les « maladies, qui éclatent sourdement, dans un « pays et dans une saison, ou temperature « qui n'ont pas les conditions nécessaires à « la production des épidémies, qui grandissent « insensiblement pour se multiplier et s'éten- « dre à l'infini, si on ne les arrête pas; pro- « duisant toujours une maladie semblable et « faisant de nombreuses victimes. » Nonne id ipsum constanter et ubique terrarum de praesenti cholera huc et illuc serpente vidimus?

Exinde quoque evenit, quod sub eadem epidemia in uno eodemque loco et tempore idem morbus in aliis contagiosus appareat, in aliis epidemicus tantum vel endemicus vel accidentalis sit. Talique ratione controversae medicorum opiniones de contagiosa indole vel insonti, vel simpliciter epidemica quorundam morborum componi quodammodo possunt, sicuti de peticulis, de miliari, de dysenteria, deque cholera ipsa super populum grassantibus intelligendum est. Huic opinioni innixus celeb. Protomedicus *Lennhossek* (2), in urbibus

(1) *Foderé:* oper. cit. pag. 288.

(2) *Lennhossek*: dissert. de cholera.

et pagis Ungaricis cholera desaeviente, per plures vidisse casus manifestam contagionem praebentes, aliosque sed paucos duntaxat epidemicos vel endemicos vel fortuitos et contagio carentes, asseverat. Quam proprietatem vero non exhibent morbi, qui nisi a specifica quadam et identica contagione prosilire possunt, ut pestis bubonica, febris flava, variola, scarlatina, morbilli, syphilis generatim sunt; quae quidem affectiones omnes unam eandemque praeseferunt formam atque naturam et nonnisi ab uno eodemque fonte promanant, ideoque nunquam primitivae originis epidemicae esse queunt. Quodammodo et huic opinioni proximius accedere videtur illa clar. *Puccinotti*, dum in praedicto opusc. pag. 16. scripsit: « Di più questi nascimenti contem-
« poranei, e connubii consecutivi non succe-
« dono che fra morbi endemici fatti epidemi-
« ci d' un dato clima, e contagi indigeni del
« clima medesimo. E sotto altri climi trasfe-
« rito il nuovo contagio non si marita colle
« costituzioni epidemiche, se queste non hanno
« analogia con quella del suo suolo nativo. »

Neque velim, ut quis putet, in animo esse theoriam *semicontagiorum* hic cum aliquibus auctoribus reproducere atque tueri, quum plane contrarium sentiam. Idcirco tussim convulsivam, tussim russam, gangraenam nosocomialem, febrem petechialem, aut miliarem primi-

tivam et essentialem, dysenteriam vel choleram a contagio genitam, nunquam contagiosa indole exui posse autumamus. Etsi interdum hujusmodi morbosae formae observantur ab alio potius fonte quam a contagio productae, hae tamen nisi aliorum morborum symptomata erunt, quin unquam identicas et primarias affectiones constituant. Quapropter illae peticulae, miliares, tusses convulsivae, dysenteriae aut cholerae, quae sub contagiosa etiam epidemia nonnumquam aliunde nascuntur, ac insontem referunt indolem, morbi erunt longe alium characterem et decursum exhibentes, utpote qui aliorum morborum umbra habendi sunt. Quacumque enim de causa peticula, miliaris, tussis convulsiva, dysenteria, atque cholera contagiosam assumere queant naturam, hanc nunquam dimittunt, semperque identicam aegritudinem provocare necessario debent. Phthisim, aut scorbutum, vel herpetem contagiosam indolem nondum ostendisse puto; quid quod si forte contingeret aut aliorum medicorum ad mentem fieri aliquando posset, tunc in alium jam morbum semperque identicum atque solo attactu propagandum commutarentur.

Haecce autem nunc a me prolata opinio cum aliorum clariss. virorum sententia congruit. « Coelum grave, ait clar. *Rosa* (1), aër

(1) *Rosa:* oper. cit. §. 110. not. 43.

« humidus, tempestas impense calida et humi-
« da ante omnia excitandis morbis maxime
« favent. Hinc teste, post *Hippocratem*, *Hu-*
« *xamio* (de morb. epid. const. ann. 173 et
« alibi) morbi maligni et pestilentes jure expe-
« ctantur, si magnum frigus subita regelatio
« aut austrini flatus sunt consequuti ; si ver
« atque aestas calida et humida cum coelo
« squallido durent; si magnae subito et saepe
« mutationes contingunt; si calida imprimis
« constitutio quocumque anni tempore exorta,
« etiam per hyems perseverat. Jam quamvis
« hae caussae epidemicos communiter faciant;
« quamvis epidemica a contagiosis quam la-
« tissime distent; potest tamen in casu con-
« tingere, ut ab iisdem caussis pestilentes et
« vere contagiosi nascantur ; nempe si eae of-
» fenderint corpora aliunde jam male habentia
« et gravius disposita, quo fit ut possit conta-
« gium nonnumquam epidemice nasci, quod ta-
« men deinde per contagium vulgatur. Valent
« autem haec si de simpliciter pestilentibus,
« et contagiosis his, quae contagio nostrate et
« indigena fieri ostendemus ».

Ut contagiorum praecipuae proprietates rite queant dignosci, generales dispositiones aut individuales sedulo pervestigare oportet. Contagia enim quamquam ad organismum relata admodum *heteronyma* sint, actionem tamen ita relativam habent, ut non pauca interdum

egeant dispositione. Haec vero ab illa dispositione positiva et directa omnino differt, quae in morbis epidemicis generalis advertitur, in quibus nimirum tales paullatim ingenerantur corporum conditiones, quales ad eos morbos excitandos proxime requiruntur: dum in morbis contagiosis advenienti morborum caussae, corpus animale aut minus aut nihil renitens ipsi indirecte traditur morbo. Hoc autem quammaxime valet de magnis contagiis, sicuti de vera peste, cui nullum fere corpus reluctari potest, ut *Thucidides* diserte docet. Huic demum dispositioni longe minus subjacent venena, utpote quae adeo minus directas et consentientes actiones cum animali corpore habent.

Inter multiplices hujus dispositionis leges ea procul dubio pathologorum attentionem poscit, quae in occultis delitescere videtur grandimundialibus conversionibus, ex quibus jam vidimus, epidemicas constitutiones aliquomodo ingenerari. Quae observatio si praetermittitur, contagionum absque ratione cognita epidemice pervagantium evolutiones fere improvisae nullo modo concipi possunt, sive ab ipsa epidemica constitutioue primitus enatae, sive ab aliquo contagio primitus aliunde advecto originem ducant. Scimus enim quod in utroque casu, cum morbi contagiosi ab initio numero semper pauciores sint, haud aliter populares interdum fieri intra brevissimum tempus

possint, quam per ipsum epidemicum genium latissime diffusum.

Quod hoc de contagiosis etiam valeat morbis, qui absque illa favente constitutione vix ac ne vix quidem in magnam subitamque epidemiam irrumpere solent, plures jam medicorum observationes testantur. Jamque variolarum epidemiae id ipsum plane demonstrant, quum ante vaccinae insitionem certis tantummodo temporibus irruere, citissime in populum serpere maximeque saevire, perspicuum est, sicuti prae aliis *Sydenhamius* et *Huxamius* (1) perhibent. Quapropter nil mirandum si aliquot ab hinc annis variola apud nos epidemica fere ita debacchatur, ut vaccinae vires in plerisque frustraneos saepe reddat, quin vaccina ipsa criminanda sit, uti non satis aequa ratione nonnulli nuperrime crediderunt. Illi enim, qui vaccinam perfecte evolutam subiverunt, variolodem tamen haud raro etsi plerumque mitiorem patiebantur, ex quo iterum variola vera enascebatur in hominibus vaccina adhuc carentibus, quemadmodum prae aliis *Comolio* medico expertissimo Novocomensi anno elapso et mihi ipsi eodem anno 1835 sub variola in agro ticinensi epidemice evoluta videre contigit.

Neque absimili ratione se gerunt reliquae

(1) *Sydenham* oper. omnia et *Huxam.* oper. physico-med. t. I. pluribus in locis ostendunt.

contagiorum species, ipsaque non excepta peste: eos enim, qui nonnullas epidemice grassantes contagiones effugere potuerunt, omnium primos sub aliis epidemiis in eosdem morbos incidisse fertur.

Nec alia ratione animo concipere possumus quidquid praelaudatus *Rosa* (1) refert, quoad exempla nimirum *Cardani* narrantis, *Basileae* saevisse pestem inter *Helvetios*, intactis *Italis*, *Gallis*, *Germanis*, Haffniae similiter, quum pestis arderet in *Danos*, immunes fuisse *Germanos* iterum, *Belgas*, *Britannos*, refert *Hutenov*. Sed illud recens et memorabile est; quum gravis epidemia *Bostonii* in America inter servos Nigritas regnaret, nativi omnes, seu liberi, quos albos vocant, incolumes ad unum fuere, nigritae omnes quam maxime periclitati sunt.

Hanc quoque veritatem luculenter ostendit clar. *Tommasinius* (2) de febre flava agens. « Noi veggiamo, ait ille, in certi anni qualche « gravissimo infermo di tifo negli Spedali, vi« sitato e frequentato impunemente da nume« ro grande di giovani praticanti di medicina « e di chirurgia: veggiamo esposti senza alcun « danno a sì fatto contagio e gli inservienti o « gli altri infermi, ed una folla di popolo, che

(1) *Rosa*: oper. cit. §. 93. not. 38.

(2) *Tommasini*: sulla febbre gialla americana t. 2.

« contro le leggi di una severa pulizia frequen-
« ta, per una pietà che può divenire funesta,
« le sale degli Spedali suddetti. In qualche
« altro anno veggiamo all' opposto esser col-
« piti dal miasma contagioso e i giovani stu-
« denti quasi tutti, e gli infermi d' altre ma-
« lattie ed i pietosi cittadini, e riempirsi tal-
« volta di tifi contagiosi molte contrade della
« città. Non potrebbe d'altronde derivarsi tale
« diversità d' effetti se non se dall' influenza
« costituzionale a rendere attivo il contagio,
« o a renderne suscettibili gli individui; in-
« fluenza che manca in cert' anni, in cert' al-
« tri è fortissima. Avverte con molta ragione
« *Rasori*, che la febbre epidemica, che regnò
« nella Liguria nell' anno 1799 e nel 1800 fu
« della stessa indole, ed ebbe tutti i caratteri
« della febbre nosocomiale. E pure quante
« altre volte avrà avuto Genova degli Spedali
« numerosi, e in essi molti infermi di tifi con-
« tagiosi, senza che un' epidemia di febbri si-
« mili si sia diffusa per la Città? Quant' altre
« Città e piazze militari non hanno avuto ne-
« gli Spedali un numero immenso di feriti e
« di infermi, e tra questi moltissimi di tifo
« contagioso, senza che nelle suddette Città
« si sia sviluppata una epidemia di analoghe
« febbri come sviluppossi in Genova? Par
« dunque che in Genova sia stato reso negli
« anni suddetti attivo il miasma nosocomiale

« per influenza della costituzione. Il miasma
« vajuoloso non manca giammai nelle nostre
« città e nelle nostre campagne. Dove il va-
« juolo regnò, cred' io che se ne conservino
« le particelle per lunghi anni attaccate qua e
« là ai vestimenti, ai mobili ed agli utensili.
« Non dipende già, per quanto mi sembra, da
« differenza di attività nelle particelle mede-
« sime lo svilupparsi in un anno, o nei quat-
« tro o cinque precedenti, l' epidemia vajuo-
« losa: non dipende nemmeno dal mancare
« fanciulli che non avessero ancora avuto il
« vajuolo; giacchè, se così fosse, non se ne
« accumulerebbero tanti e di età così diversa
« per l' anno della epidemia. Dipende bensì
« dalla disposizione, alla quale in un anno e
« non negli altri, trovansi i fanciulli atti a
« risentire quasi tutti l' impressione del mia-
« sma vajuoloso, siccome dipenderà dal di-
« struggere in tutti e per sempre questa fune-
« sta attitudine, mercè l' innesto vaccino, l' e-
« stirpare il vajuolo dal mondo. Egli è così
« infine anche del miasma pestilenziale. Le
« merci e le persone provenienti da contrade
« infette non diffondono già la peste in tutti
« i paesi pei quali passano. Ospiti innocui a
« quelle Città nei quali una fatale costituzione
« non rende gli abitanti suscettibili dell' im-
« pression del veleno, funesti divengono, co-
« me avverte *Menuret*, a quelle Città o regioni

« nelle quali questa disposizione fatalmente
« ritrovasi. Questa poco fin qui studiata in-
« fluenza della costituzione a rendere efficace
« sopra un gran numero d' individui l' azione
« di un dato miasma o di un contagio ; que-
« sta influenza, senza di cui il miasma o po-
« chi o nessuno attaccherebbe può chiamarsi
« *suscettibilità epidemica* o *costituzionale*: giac-
« chè conviene distinguere l' influenza costitu-
« zionale a rendere i soggetti suscettibili di
« una data causa morbosa, dall' influenza pa-
« rimente costituzionale a produrre essa stes-
« sa certe malattie ».

Ita quidem quovis anno nonnulla peticularum, morbillorum, scarlatinae, variolarum, tussis convulsivae specimina observantur, quae tamen contagiones, nondum latissime super populum diffunduntur, invito etiam haud plane praepedito hominum commercio, nisi peculiaris atque universalis faveat epidemica constitutio, ex qua omnes fere homines unius alteriusve provinciae speciali jam dispositione imbuti, facilius deinceps contagiorum actioni subjacent.

Re enim vera morborum exanthematicorum dominium adeo evolutum anno 1835 cernebatur, sicuti jam saepe in Clinico Instituto et in Nosocomio adnotavimus, ut annus exanthematicus merito dici posset. Namque fere omnia exanthemata acuta et chronica longe

frequentius prodierunt atque solemnes haec inter apud nos et in urbe et ruri fuerunt variolosae et scabiosae epidemiae praeter insignem erysipelatum numerum tot morbos cujuscumque generis internos externosque ac sine ulla saepe ratione concomitantium. Jam pluries peticulae typhosum characterem assumentes, modo primariae modo symptomaticae minitabantur, praecipueque in pago *Stratellae* prope fluvium padum altius in collibus sito. Vidimus quoque exanthema miliare adeo crebro evolutum, ut Veronensem endemicam cladem fere aequaret. Non defuerunt plures tussis convulsivae, morbilli et scarlatinae casus non raro in parotidem versi, ipsaque angina membranacea coeterum apud nos rarissimus morbus non pauca obtulit specimina. Idcirco maximam pluries adnotavimus similitudinem cum illa constitutione anni 1735 de qua diligentissimus *Huxamius* op. cit. t. 1. pag. 135 loquitur, quum *peculiarem atmosphaerae constitutionem refert ad eruptiones cuticulares gignendas aptam ;* quo nimirum tempore « *variolae,* « *aut pustulosae febres, grassantur, exanthemata* « *quoque omnigena, ut papulae, scabies, erysi-* « *pelas etc. infestare solent, ut observatur sae-* « *pissime* ».

Quamobrem illa etiam peticula saepe typhosam contagiosamque indolem nacta, quae anno 1817 epidemice Langobardiam, proximam-

que Liguriam ac Pedemontium simulque Venetas Provincias peragravit vastavitque, ab illo inde tempore haud amplius suum obtulit caput super populum, ac nonnisi sporadice huc illuc apparuit. De qua vero observatione testem appello praeclarum et nunquam satis laudandum *Burserium,* qui in eximio de morbis exanthematicis opere similia docuit probavitque.

Eodem autem anno 1817 quo in Italia peticula epidemica evoluta est, *cholera orientalis* prope *Gangem* epidemice quoque emicabatur, contagiosamque forsan induens naturam non antea visam.

Communissimum exanthema sporadice apparens est etiam *scarlatina*, quae tunc mitius decurrit, faciliusque sanatur. Ast sub aliquibus epidemicis constitutionibus ipsa quoque latius diffusa, vehementior, periculosior, saepeque mortifera deprehensa est. Plura hujus scarlatinae epidemicae exempla prae aliis refert magnus *Burserius* (1), illaeque praecipue constitutiones solemnes fuerunt, quas *Sennertus* anno 1619, *Langius* annis 1693 et 1697, *Mortonus* annis 1748 et 1749, *Navierius* anno 1751, *Haënius* et *Andreas Kichvogelius* annis 1770 et 1771 Vindobonae, praeter momentosam epidemicam scarlatinàm *Havniensem* graphice descripserunt.

(1) *Burser.* inst. med. pract. t. 2. §. 70.

Magis commune exanthema miliare est, quod utut frequentissime sporadicum et symptomaticum, contagiosaeque indolis expers sit, aliquando tamen primarium, essentiale contagioneque praeditum erumpit, subitoque epidemice debacchatur, insignesque edit strages. Ita *Burserius*, *Allionius*, *Corregius*, *Baraldius* et *Gastellerius* commemorandos miliarium epidemice grassantium casus retulerunt.

Pestis ipsa bubonica hanc contagionum et epidemiarum sequitur legem, ex qua fit, ut in *Aegypto* quoque aliisque orientis regionibus non semper eandem diffusionis rationem ipsamque lethalitatem exhibeat, quemadmodum *Sydenhamus*, *Villanius*, *Muratorius* aliique strenui observatores cordatique historici perhibent. « Un'altra diversità, jam scripsit *Muratorius* (1), fra peste e peste suol « appunto consistere nella minore o maggiore « fierezza. Alcune sono funestissime, ed empiono la terra di strage; altre men crudeli « si contentano di un tributo più discreto di « morti. Quella del 1348 che testè accennammo levò dal mondo quasi le quattro delle « cinque parti della gente Europea per attestato del Villani e d'altri scrittori. Nel medesimo secolo altre non men fiere pestilen-

(1) *Muratori* del governo della peste: Modena 1710 lib. I. cap. I. pag. 6–7.

« ze portarono un' incredibil mortalità per la « Italia, Germania, Francia e Spagna. Quella « del 1564 sì rabbiosamente infierì pel Lione- « se, per la Savoja con istendersi nei confini « degli Svizzeri, e nel territorio de' Grigioni, « che in quelle bande uccise poco meno dei « quattro quinti. L' altra che nel 1575 e nei « seguenti, afflisse alcune città d' Italia, fu di « gran lunga più mite in Milano, che un' al- « tra ivi pur succeduta nel secolo stesso; e « all' incontro essa fu perniciosissima alla Cit- « tà di Venezia. L' altra del 1630 portò un « orribil desolazione al suddetto Milano, nella « qual Città e Diocesi dal principio d' Aprile, « in cui si dichiarò per peste, sino alla metà « del prossimo Settembre ascese la mortalità « a 122 mila persone, continuandovi poi an- « cora per alcuni mesi (1). Si è anche ossser- « vato, che qualche peste ha infettato gli uo- « mini di certe professioni, o Nazioni, e la-

(1) Haec orrenda pestis est, quam classico calamo illustris *Manzoni* (Romanzo dei promessi sposi), depinxit. — De ea quoque referente *Haënio (a)*, « exemplum aeternâ « memoria dignum dedit pestis, quae anno 1630 Parmam, « Veronam, Mediolanum etc. mille mortibus implebat, eo « quod hinc Medicorum de morbi nomine lis, illinc prae- « visum commercii damnum, omnem aut impedivisset, aut « procrastinasset cautionem».

(a) De Haen; *rat. med. t.* 8. *sect.* 2. *cap.* 2. *p.* 140.

« sciati intatti quei d' altra professione, o Na-
« zione, benchè tutti abitassero nel medesimo
« paese infetto.

« Questa differenza di effetti deriva o dalla
« qualità della pestilenza medesima, i cui spi-
« riti sono or più or meno velenosi; o pure
« dalla più o meno esatta cautela e preserva-
« zione delle città; o dalla precedente diversa
« disposizione dei corpi, delle stagioni, e del-
« l' aria. »

Sapienter ideo celebr. *Rosa* (1) scripsit, quod fieri etiam potest ut adveniens aliunde contagium, pestis, variolarum etc., quae primigenia et exotica nominamus, incidat alicubi in constitutionem aut in corpora maxime apta et morbo opportuna, ut favore horum citius et vehementius proserpat; favere enim contagiorum evolutioni dispositionem corporum, et praesentem aëris statum et indubium est et *Sydenhamus* etiam consentit. Sed haec cum contingunt, dicuntur fieri per accidens, nempe ex fortuita conspiratione caussarum, alias enim nulla aegris constitutio veram pestem unquam produxit; nec contagiosi ullius materies ab aëre unquam venit. Factum est autem hac de caussa (praetervisa nempe hac contagiorum ratione) ut pestis et pestilentium cognitio, et difficilis omnibus habita sit, et sagaces etiam

(1) Oper. cit. § 110. not. 43.

medicos nonnunquam deceperit: quo minus mirari decet in Massiliensi peste (ann. 1720) cespitasse medicorum judicia; aut quondam in Veneta (1576) longe clarissimos aetatis ejus *Mercurialem* et *Capivaccium* graviter lapsos; quod sententiam rogati, decepti specie epidemici, pestem ingruentem, oblata publice securitate, metuendam negarint.

Ast eo magis adhuc attentione digna sunt ea, quae idem auctor sub capite n.° 126 ejusdem operis profert, quod scilicet contagiosi morbi, epidemicis, toto genere, vi, et magnitudine distent, tamen in eo quoque cum iisdem consentiant, ut praepotentem coeli, et temporum alicubi potestatem videantur persentire: quod in variolis apud nos saepe, in exquisitis orientalium pestibus perpetuo observari testantur, pestem in *Aegypto*, *Syria* et finitimis regnare tradunt ab aequinoctio autumnali ad aestivum solstitium, praesertim vero *Alepi* et *Cairi*, aestate summa et post illud solstitium unquam non evanescere; quae observatio si certa est et perpetua, potuit conferre plurimum ad confirmandam tempestatum atque aëris in pestem dominationem.

Eandem rem prorsus affirmat perillustris *Muratori* (1). « Nel 1576, inquit ille, la pesti-

(1) *Muratori*: oper. cit. lib. 1. cap. V. pag. 49.

« lenza prese gran piede in Venezia, con far-
« vi poi un' orribilissima strage, perchè non
« si dichiarò, se non troppo tardi, che era
« peste vera, e ciò per colpa dei medici che
« non finiron mai di disputare, se fosse, o
« non fosse. Per quanto narra nelle sue sto-
« rie *Natal Conti*, furon chiamati da Padova
« a Venezia *Mercuriale* e *Girolamo Capovacca*,
« celebri medici, i quali sostennero quelle
« non essere infermità pestilenziali, e si esi-
« birono alla lor cura. Così continuando il
« commercio, cominciò a morir tanta gente,
« e a dilatarsi cotanto la furia del male, che
« i due medici suddetti conoscendo scaduta
« la loro riputazione, ed in pericolo d'oltraggi
« la loro persona, si ritornarono a Padova
« mal soddisfatti di se medesimi. Meglio è in
« tali casi ingannarsi col prendere per effet-
« fettivo contagio quello che non è, e prov-
« veder per tempo, benchè senza bisogno,
« che il trascurare gli opportuni ripari, per
« volerla far da accurato filosofo nel ricono-
« scere la vera essenza e le qualità del male.»

Ita cl. *Joann Huxam* (1) jam ab initio sui operis admodum commendandi admonet, quod caussae morborum fere omnium epidemicorum sunt constitutiones atmosphaericae depravatae: etiam ipsorum, qui *proprie* con-

(1) *Huxam*: oper. cit. prolegomena pag. 1.

tagiosi vocantur, incrementum et duratio ex eadem caussa maxime pendent. Nonne enim uno anno, in hac urbe, aut hoc oppido, unum tantum, alterumve, variolis nempe aut morbillis, correptum videmus, alio autem, ab uno incipientem labem in innumeros disseminatam? Ita ut aër ipse arcere aut fovere videatur ipsum contagium.

Idem porro Auctor iterum subjungit (1): « Haud raro hercle notavi post procellas gra- « vesque pluvias, febres epidemicas multum « fuisse imminutas, et vi et numero; effluviis « nempe contagiosis et morbificis atmosphae- « rae conspirationibus, hoc modo, dispersis. »

Cave igitur, ne ob hunc epidemicum praecipueque atmosphaerae influxum, id quod primae originis contagiosae est, cum epidemico confundas. Etenim si coacervata in aëre contagia per atmosphaeram corruptam, humidamque, aut non satis perflatam diu interdum servantnr lateque disseminantur, nunquam evenire tamen potest, ut in libero, puro et continuo mutato aëre contagiosa non intereant seminia, aut ad dissita loca defferri queant. Quapropter non solum fatendum est, aërem atmosphaericum diversimmode constitutum contagiones mox servare diutius, mox destruere brevi posse, verum in ea sumus opinione, ut

(1) Oper. cit. de constit. epid. ann. 1727 pag. 34.

simul credamus, reliquas etiam grandimundiales conversiones id ipsum praestare, sicuti videre est, dum sub illis permutationibus dirissimae pestilentiae contagionesque modo subito nascuntur et saeviunt, modo iterum repente extinguuntur.

Cave pariter ne huic vel illi caussae cujusdam morbi contagiosi vel epidemici originem tribuas, uti a nonnullis de lunae aut solis influxu factum est. Et si *Hildenbrandii* (1) observationem inficiari nequimus, morbos plures sporadicos, epidemicos, aut contagiosos sub ingressu certarum lunae phasium sat saepe increbescere; an hoc post hoc ergo propter hoc? Judicent illi naturae scrutatores, qui lunae phases tamquam potius aliarum grandimundialium permutationum effectus habendas esse non immerito autumant.

In gravem idcirco errorem incideret, qui nimis epidemico genio tribuere vellet: pro certo enim habendum est, fomitis contagiosi *copiam gravioremque indolem* ad lentam difficilemque, vel celerem gravemque pestilentiam gignendam conferre, quemadmodum pestilentiarum omnium historiae abunde docent. Maxima ideo veritate laudatus *Tommasinius* (2)

(1) *Hildenb.*: Animadvers. in constit. epid. oper. cit. pag. 35.

(2) *Tommasini*: osserv. sulle feb. contag. e sulle epid. costituz. 1817 pag. 36-37.

ab hac non dissentit opinione. « Fors' anche « ait ille, un maggior complesso di condizioni « o individuali o costituzionali si esige, perchè il contagio petecchiale sviluppi negli in« dividui, sui quali diffondesi, la sua attività; « mentre il bubonico di gran lunga più attivo « non ha bisogno della riunione di altrettante « condizioni per divenire funesto. »

Alia contagiorum legibus hactenus cognitis addenda proprietas ea esset, nervosam efficientiam pessumdandi sanguinemque inficiendi ita, ut haec duplex abnormis conditio eminentius evoluta in nullo plane desideretur morbo contagioso. Sic in peste bubonica, in febre flava, in typho europaeo, in variola, in peticula, in scarlatina, in morbillo, in miliari, in tussi convulsiva ipsa, in tussi russa aliisque similibus affectionibus hicce nunquam deficit character; siquidem et in cholera morbo passionem maxime praepollentem constituit, uti plerique perhibent cl. auctores, praesertimque iterata a clariss. *Magendie* (1) pericula id luculenter ostendisse puto.

Quae omnia, quum animo aequo et libero perpendimus, intelligere non possumus, cur et *Buffalinius*, vir coeterum praeclarus, a veritate adeo recesserit, ut primam *cholerae* nunc vagantis originem constanter epidemicam ra-

(1) *Magendie:* lez. sul chol. morb. trad. ital.

tionibus pathologicis clinicisque admodum infirmis suffultus ostendere conaretur.

Si clar. Prof. *Buffalinius* sedulo perpendisset, praedispositionem ad contagia suscipienda plus minusve generalem aut peculiarem varioque gradu pro varia contagii specie constitutam esse, ea certe non exposuisset, quae in ejus opusculo *de cholera epidemica* pag. 13 et 14 inveniuntur, quaeque morborum a contagione prodeuntium inque populum dominantium propagationem respiciunt, etiamsi loci natura, clima, tempestates, atmosphaerae vices, victus, vel quaecumque aliae prophases in omnes homines generatim agentes utplurimum discrepent. Facile enim ipse intellexisset, vera bonaque de contagiis pathologia docente, morbos contagiosos popularesque produci nonnunquam posse, quin generalis dispositio in corporibus omnibus et a communi prosiliens caussa absolute requiratur, nisi ea quae passim conferre necessario debet, ut hominum corpora quomodocumque aegrotent.

Quum vero dicimus cum strenuis epidemiarum observatoribus, peculiarem constitutionem externam contagiorum diffusioni adeo favere, ut hujusmodi affectiones populares facilius reddantur, veritatem proferre haud dubitamus jam dudum a medicis satis superque acceptam; neque propterea ulla opponitur contagiorum lex, neque facultas abripitur, ob aliam quo-

que viam diversamque rationem morbum contagiosum sporadicum adeo facile epidemicum fieri, tum quum perutiles augustioresque leges prophylacticae penitus et turpiter negliguntur. Ast si quis persuasum sibi habet, praedictam generalem dispositionem absolute necessariam jugiter esse, eaque absente, nullum contagiosum morbum fieri epidemicum posse, is facta omnino permutaret, quae, cum veritatis pretio exuta sint, falsam reddunt scientiam, quamvis istiusmodi applicatio satis aequa videri quodammodo possit.

Binas contagiones una simul grassantes per raro et vix unquam occurrere, nonnullorum sententia est. Quae tamen observatio non paucas in praxi difficultates invenit, cum non pauci sint oppositi obvenientes casus, qui huic principio opitulari nullommodo possunt. Namque dysenteria castrensis aut navalis, vel nosocomialis cum typho, sudor anglicus cum febre typhosa, pestis aut variola cum peticulis, peticula cum miliari, scarlatina cum morbillo aut purpura typhosa, vel cum maligno erysipelate, hae omnes affectiones characterem contagioso-epidemicum assumentes una simul sat saepe apparuerunt. Neque dissimili ratione se prodiit cholera morbus in oriente natus, quum a patria egressus Europam deinde peragraverit: auctores enim referunt, hunc morbum se vidisse interdum typhosae febris de-

cursum absolvere, nunc intra brevissimum tempus sub febris perniciosae algidae vel gravissimae enteritidis imagine enecare, modo pestis orientalis aut occidentalis larvam exhibere, modo denique eruptiones exanthematicas praeseferre; sicuti nonnulli jam medici vindobonenses praecipueque *Martinius*, atque inter Italos *Puccinotti* hanc de exanthemate cyanotico et miliari enixe tuentur sententiam(1).

Veruntamen si pestis bubones vel anthraces in cholera morbo defecerint omnino, prudentioribus tamen medicis effugere nequivit observatio, pestis species aliquando visas fuisse bubonibus et anthracibus et quovis alio in cute exanthemate carentes, sicuti luculenter pestis genus ostendit, quod *Massiliae* anno 1720 immanem stragem edidit, et de qua *Muratori* medicique Monspellienses *Verney* et *Joullier* relationem descriptionemque dederunt. *Burserius* (2) quoque in eorum sententiam adductus, sequentia notata digna profert. « Hoc

(1) « Nel cholera morbus, *inquit Puccinottius, opusc.* « *cit. pag.* 25, ammessa per forma propria del contagio lo « spandimento cianotico sopra un fondo miliariforme, le al« tre forme, e tra queste la emetocatarsi, è forma acqui« sita, ed ha il carattere di forma endemica. » — Hanc vero duplicem eruptionem exanthematicam tum in externa cute quam in organis internis idem Auctor sub pag. 36 exactissime describit, atque postea integrum morbi exanthematici decursum animadvertit.

(2) *Burserius;* Inst. med. pract. t. I. pag. 36. § 233.

« genere pestis correpti, inordinate horrebant,
« cum pulsu parvo, molli, raro et frequenti,
« inaequali, contracto et depresso. Tanta vero
« erat capitis gravitas, ut aegre illud attollere
« possent, stupore et turbatione affecti, veluti
« temulenti. Obtutus fixus et obscurata visus
« acies terrorem et desperationem testabantur.
« His accedebant vox tarda, subinde intercisa,
« querula, lingua fere semper alba, demum
« sicca, subrubra, facies pallida, plumbea,
« macilenta, cadaveris similis, lipothymiae
« frequentissimae, anxietates summae, vires
« omnes dejectae, deliquia, sopores, nauseae
« et vomitus. Qui sic aegrotabant, spatio ut-
« plurimum aliquot horarum, uniusve noctis,
« vel diei, aut ad summum bidui aut tridui
« deficiebant, viribus vitae omnino destituti,
« vel tremoribus motibusque convulsivis suf-
« focati, quin extrorsum tumor ullus aut exan-
« thema ullum erumperet. »

Candide vero fateor, vix aliam in universa historia medica morbi descriptionem inveniri exactiorem cum cholera morbo nunc temporis pervagante similitudinem habentem, si diarrhoeam excipimus.

Idem porro Auctor, de peticula sine peticulis, de variola sine variolis, deque miliari sine miliaribus in suo de morbis exanthematicis opere frequenter admonet; sicuti febrem morbillosam absque morbillis *De-Haen*, febrem

variolosam sine variolis *Gatti*, aliam pestis speciem nullo exanthemate comitatam *Hippocrates* (Epid. 3) et *Diembroechius* observarunt.

Absque ullo in cute exanthemate fuit ephimera contagiosa, quae anno 1780 *Vindobonae* grassabatur, et de qua cl. *Reinleinius* medicus expertissimus locutus est, cujus funestissimi morbi fidelem historiam apud laudatum *Burserium* legimus (1).

Celeberrimo quoque *De-Haen* (2) memoratu digna videbantur illustris *Paraei* verba, cum is concluserit tandem, lib. de peste 22, cap. 14, « decipi turpiter homines pestilentiarum « principio, eo quod plures inde moriantur, « tum quia saepe et bubones et anthraces et « exanthemata, indicia coeterum pestis, sese « cum illa non consocient, quam quia non « eadem omnibus, sed aliis haec, aliis illa, « eaque tantummodo pauciora, levioraque, si- « gna morbi adesse videantur. »

A quibus omnibus luculenter patet, morbos etiam contagiosos non adeo facile populares fieri, quin generalis faveat epidemica constitutio, vel summa contagionis vis; rationi et factis sat esse compertum, plurimos casus a translato contagio pendere, dum alii sub eadem epidemia omnis contagionis experti sponte et a causis fortuitis producuntur, ac mitius

(1) *Burser.*: tom. I. pars 2. § CCXXXII.

(2) *De-Haen*: rat. med. t. 8. sect. 2. cap. 2. pag. 137.

excurrunt, uti celeb. Protomedicus *Lennhossek* (1) vidit de cholera epidemico--contagiosa *Pestinii* quatuor ab hinc annis debacchante, duas insimul contagiones aliquoties copulari, sicuti forsan de cholera Massiliensi anno elapso 1835 et Tergestino hoc anno 1836 nonnullis visum est; atque demum exanthematis defectum contagiosam morbi indolem haud immutare.

Neque magnam statuere valet differentiam contagii indoles fixa potius quam volatilis, quum utriusque generis exempla ab hisce epidemiarum legibus vix unquam recessisse, historia docet. Haec vero observatio magni est semper ponderis in contagiorum diffusione aestimanda, quae, sub diversis terrae coelique conversionibus grandimundialibus in hominum vitam inopinate, aut diu et graviter agentibus, modo utplurimum properatur, modo insigniter retardatur.

Coeterum si res aliter se haberet, incompertum adhuc esset phoenomenon, quod nonnulla aliquando exhibent contagia, quae, utut summe volatilia et sub libero hominum commercio proserpentia, tamen lentissimo nonnisi diffunduntur gressu, sicuti de contagio peticulari, morbilloso, scarlatinoso, typhoso atque cholerico haud raro accidit; dum celeriter

(1) *Lennhossoek*: de cholera morbo dissert.

interdum et citissime diffunduntur contagia minus volatilia, uti pestilens et variolosum, vel fixa uti scabiosum et syphiliticum, adeo ut magnas brevi parare soleant epidemias, invitis etiam praecipuis medicae prophylaxis legibus in auxilium a *Magistratubus Medicisque* solerter advocatis.

Ut igitur morbus aliquis a translato contagio haberi possit, ejusdemque contagii indole summopere volatili posita, statuere absque ulla dubitatione oportet, vel brevissimum nonnisi abiisse tempus ab advecto seminio contagioso, vel primam morbi evolutionem in hominibus contigisse, nuper infectionis contagiosae loca derelinquentibus, inque alias contagione adhuc immunes regiones se transferentibus. Quidquod si omni certitudine quoad primam praesentis cholerae evolutionem in pluribus *Europae* urbibus atque provinciis probatum esset, sicuti strenuis nec paucis in arte viris jam videbatur, extra dubitationis aleam itidem haberetur, hancce cladem ab advecto contagio prosilire, indeque vel per multiplices contactus, vel per faventes generales hominum dispositiones, vel ob peculiarem opitulantem genium epidemicum, morbum popularem fieri. De quo sane dolendum nil certi, nescio quo nam fato, usquedum generali medicorum consensu statutum fuisse; nisi forte plurium et pene non omnium medicorum ob-

servationes de cholera morbo nunc in Liguria, Etruria, Venetiis et Langobardia grassante, hujusmodi primitus aliunde transvecti contagii praesentiam illustrare ac indubiam statuere valeant; dummodo et ipsi medici in colligendis observationibus et factis decepti non fuerint, in tanta obscuritate, difficultate atque incertitudine rerum ad universale gentium infortunium spectantium.

Quod si vero de contagio minus volatili aut fixo agitur, hominumque commercium praepeditum non est, aliquo etiam et interdum sat longo ab importatione contagii tempore exacto, contagiosus morbus enasci quoque potest, quemadmodum pestilentiarum historiae abunde docent, peste non excepta bubonica, cujus seminium diu nonnunquam latitasse *Muratorius* (1) ipse perhibet.

Quapropter si post certum tempus sub aliquo morbo grassante, atque sub libero hominum et cum finitimis provinciis commercio, nulla diffusionis exempla habentur, incongruum videretur de contagione aliqua judicium statim proferre. Neque velim quemquam deficientis dispositionis ad contagiosum principium suscipiendum rationem objicere; quum haud satis verosimile est, inter plures hominum millies magna sub ditione degentium nec unum re-

(1) *Muratori*: del Governo della peste oper. cit.

periri hominem ad contagium subeundum jam satis paratum atque dispositum. Quamquam enim in aliquibus hominibus peculiaris interdum adverti soleat ad quaedam contagia indispositio, haec tamen nunquam adeo communis est, ut urbs integra vel tota provincia incolumis esse queat.

Quam quidem legem contagionum diffusioni prospicientem, si nos attento animo perpendimus, absque difficultate intelligimus, contagium cholericum naturam maxime volatilem praebere, neque insigni intensionis et durationis gradu unquam pollere; qua de caussa cholerae evolutionem ad magnas distantias concipere nequimus, quin compertum quoque habeamus, perennem fuisse in novis aegrotantibus sub ipso morbi itinere infectionis fontem.

In hanc quoque sententiam adductus fuit celeb. *Rosa* (1), qui nullam diu contagem in aëre libero perstare defendit. « Non credam « facile, inquit ille, eam pestem, quae *Babylone* « usque ad *Parthos* ingenti excidio manavit, « erupisse ex aurea mirae vetustatis arca, in « *Apollinis* templo reperta, quod aetate M. « Pomp. accidisse relatum est. Nec quae Ita- « liam, Europamque universam pene vastavit, « aetate Marci Anton. Imperat., direpto *Se-* « *leuciae* Apollinis item templo, ex angusto

(1) *Rosa:* oper. cit. §. 139. not. 55.

« foramine in milites expirasse, ut *Ammiann.*
« *Marcellus* testatur. Namque utraque recepto
« *Seleuciae* et *Babylone* contagio in imperatos
« vehementer excanduit; sed quaesita deinceps
« origo mali, quum reperiri non posset, admi-
« ratione vulgi et oscitantia scriptorum ab tem-
« plorum adytis est repetita. Caeterae pestes
« cum commerciis utique non ventis advectae
« unquam venerunt ».

Nec quisquam objiciat, contagium cholericum ad plures etiam dies in humano corpore occulte delitescere, uti clar. *Fantonetti* (1) opinatus est; vel aliis haerere corporibus quae facile contagiosis miasmatibus inquinantur, aegriusque ea dimittunt. Namque plerisque medicis praesentis cholerae decursum sedulo observantibus innotuit, hoc delitescentiae stadium vix ac ne vix quidem tres vel quinque excedere dies; licet Prof. *Berres* (2) ad decem quoque et ad viginti dies produci posse nonnunquam observaverit.

Quum autem invito fere animo ad primam cholerae originem quodam in loco disserendam pervenimus, animadvertendum cum clar. *Fodéré* (3) imprimis est, diversas cholerae spe-

(1) *Fantonetti*: sul colera vagante nella Liguria dissert. cit. — E' d' altronde questa dissertazione sotto varj rapporti assai pregievole.

(2) *Berres*; dissert. de cholera morbo.

(3) *Fodéré*: oper. cit. de chol. morb. 1831.

cies antiquiores et medicos agnovisse. *Hippocrates* in suo de *ratione victus* opere, *Galenus* in acutis, *Alexander a Tralles, Ballonius, Lazarus Riviére* anno 1653, *Arnaldus a Villanova, Brassavolus* in urbe *Ferrarae*, cujus observationes a *Sckenkio* traditae sunt, *Salius Diversus, Bontius, Aretaeus, Sydenhamus,* aliique de cholera variis in locis diversisque temporibus grassante mentionem habuerunt. Ast pariter caussas tradiderunt, a quibus morbus nascebatur, modo scilicet ab alimentis potibusque pravis, modo a temperiei vicibus, nunc a permutatis atmosphaerae qualitatibus, nunc febribus intermittentibus vel typhosis, pestilentibus, lipyriae, nunc dysenteriae, diarrhaeae colicisque, veluti ominosum symptoma choleram morbum conjunctum fuisse observarunt.

Verum an istae cholerae species epidemicae fuerunt? Haud credendum, si verae diffusionis popularis character deficere solebat — An fuerunt contagiosae? Certe non, cum nullus medicorum de contagiosa indole tunc temporis suspicatus est, neque a decurrendi morbi ratione a praeclaris Auctoribus descripta id nobis conjici licet, etiamsi aliquis antiquiorum medicorum ignorantiam de contagiorum doctrina argumentum in medium proferre velit. Si autem *Aretaeus* fugam parentibus amicisque suadere optimum putavit consilium, dum moriturus est aeger, nos non possumus cum

clar. *Montesanti* (1), nisi hypothetica et simplici inductione inferre, ob contagionis metum id factum fuisse.

An clar. *Andral* opinio suffulciri potest, permultas jam in Europa cholerae epidemias extitisse? — Hunc gravissimum errorem satis superque ostendit *Fodéré* (2), qui nonnisi circumscriptam sat arctis limitibus Londinensem epidemiam a *Sydenhamio* visam in acceptis referendam esse putat; quaeque tamen, ni mea me fallit opinio, endemiae potius, quam verae pandemiae nomen meretur. Equidem testante praelaudato Auctore, in illo tempore quo Londinensis cholera dominabatur, quum publicae Igienis elementa vix ac ne vix quidem innotescerent, ideo nil plane mirandum, solum Londinense multiplices cholerae casus sat saepe produxisse, ut praecipue aestiva sub tempestate ac sub ardente syrio morbus formam epidemicam assumeret. Quamobrem, referente *Sydenhamio* hoc modo se prodire solebat cholera morbus mense Augusti annis 1669-70-71 usque ad an. 1677; paullatimque mense septembris in alios decidebat morbos.

An rationi consonum erit ad hypotheticum principium vel aliquod divinum in aëre voli-

(1) Fascicolo della Biblioteca italiana di novemb. pubblicato in Gennajo 1831.

(2) *Fodéré*: oper. cit. pag. 63-64.

tans confugere, ut cholerae hujusmodi epidemica indoles dilucidius pateat? Hanc prejudicatam opinionem, cujus omnino expers *Sydanhamii* mens non fuit, inscientibus relinquimus. Per repetita enim in Gallia et alibi experimenta physico-chemica, aërem nosocomialem insigni principii albuminosi copia in dissolutionem nitentis scatere, ideoque a communi nosocomiorum aëre non differre compertum est, sicuti *Moscati* observationes et pericula luculenter docent.

Quibus positis, quomodo in acceptis referenda est opinio eorum, praesentem quoque choleram morbum ab aliquot annis huc et illuc ex lege Europam pervagantem primae originis epidemicae sistere, indeque contagiosam nancisci posse naturam vel ob peculiarem aegrorum constitutionem, vel ob summam morbi gravitatem, vel ubi simul nonnulla conferunt adjuncta huic contagii elaborationi faventia? — Ut igitur cholera morbus, qui nullis temporibus, nullisque locis aut populis unquam alligatus fuit, nunc tantum temporis contagiosam induere posset naturam, oporteret, ut penitus mutatae essent organicae leges, quibus hominum vita dirigitur vel ingentes in universo terrarum orbe observarentur grandimundiales conversiones, quae peculiarem quoque nisum corporibus organicis praecipuéque reproductivis vitae viribus valeant impertiri.

Sin vero in rerum natura hujusmodi nunc constantes mutationes in universa quoque Europa, quemadmodum in solo Asiatico acciderint, judicent qui non mente praeconcepta aut praedilecto cujusdam systematis amore, sed qui masculo consilio et aequa philosophia ducti admiranda naturae phoenomena scrutari solent.

« Ma dall' Asia, recte animadvertit praelau-« datus *Puccinotti*, come potè trasportarsi in « Europa ? Non si può supporre una catena « non mai interrotta di cause cosmo-telluriche « tutte analoghe, che abbiano sostenuto il mor-« bo sempre e dovunque nel suo lungo viag-« gio. Questo gli è un fenomeno che forza ad « ammettere che sin dal suo nascimento as-« sunse indole contagiosa » (1).

Quod si rursum choleram Londinensem *Sydenhamii* aetate grassantem specialius perpendimus contagiosamque illius naturam dignoscere volumus, ejusque populari genio maximaque lethalitate perspectis, quomodo nam intra sat arctos loci limites sistere potuit morbus, dum igienicae contagiorum leges penitus latebant atque negligebantur? Nemo certe hujus phoenomeni rationem expendere poterit cum clar. *Gerominio* (2), ea nimirum aetate

(1) *Puccinotti* opusc. cit. pag. 20-21.
(2) *Geromini:* dissert. sul cholera morbo 1836.

longe alia *Populi Britanni* commercia fuisse: *Britannia* enim bellorum et negotiorum caussa nunquam fuit ab exteris gentibus et urbibus sejuncta, et nonnisi ante *Caesaris* (1) ingressum Britanniae insula fere omnibus fuit incognita, neque temere praeter mercatores adierat ad eam quisquam. Posterioribus vero saeculis ac praecipue versus medietatem saeculi XIII., quo tempore *magna carta* statuta est, commercialis cum variis populis coepit relatio, quae saeculo XIV. sub *Odoardo III.* utplurimum augebatur; donec sub regno *Elisabettae* populus Anglus reliquas fere mundi provincias etiam longinquas in commercium adjicerit, praesertimque cum *Borussia* indeque cum *Indiis* orientalibus atque occidentalibus. Initio vero saeculi XVII. privatae societates atque americanae et asiaticae coloniae enascebantur. Quo saeculo progrediente, *Cromwel*, *Karolus II.* et *Jacobus II.* magnopere contulerunt, ut Anglornm commercium maximum cum exteris gentibus caperet incrementum, eorumque commercialis potestas (sive oeconomica sive politica) jam magni esset momenti (2). — Hac eadem aetate cholera morbus a doctiss. *Sydenham* graphice descriptus prima vice Angliam irrepit multumque desaeviit.

Ast posita pro simplici duntaxat hypothesi

(1) *Jul. Caes.* Comment. lib. IV. de bello Gallico cap. XI.

(2) Vide *Müller* et *Heeren.*

illius cholerae Londinensis contagiosa indole; quis nam inficias ibit, talem quoque a remota antiquitate fuisse cholerae Indicae seu orientalis naturam usque nunc praetervisam? Quis nam inde evincere poterit cholerae modo pervagantis contagionem suapte natam et secundarie evolutam, an potius ab Indicis et orientalibus regionibus transvectam fuisse?

Cum igitur prolatae hactenus observationes, neque ad primam cholerae epidemicam originem, neque ad spontaneam et secundariam contagii evolutionem conducunt, cumque nulla alia nobis pateat geneseos ratio, quam illa, quae ab hominum commerciis dependet, de translata contagione statim dijudicandum consequens est. Quae quidem veritas, ut dilucidius ac universaliter pateat, vehementer esset optandum, ut prima statuerentur facta non pauca nec ambigua, verum permulta et sat certa de prima cholerae evolutione in singulis urbibus atque provinciis.

Quibus omnibus sine praeconcepta opinione et absque theoriarum et hypothesium fuco perspectis; nos solo veritatis amore ducti proferre haud dubitamus, non scientiam, sed medicorum deficientes observationes criminandas esse, si hactenus indefinita quaestio de primitiva cholerae morbi origine contagiosa vel epidemica manet, semperque manebit, donec medicorum quaestiones et dissidia cessent, ex

quibus Hippocratica ars nostra implicatur; tota tremit, atque convellitur.

Veruntamen si ab hac semita medici deflectunt, non magni ponderis certe rationes erunt, quae in alterutram cholerae epidemicae aut contagiosae theoriam adducuntur, quousque scholasticae tantum et levidenses quaestiunculae ad trutinam revocantur, neque unquam penitius generalia principia scrutantur, quae epidemiarum vel contagiorum essentialia funditus sunt.

Videant imprimis ac diligentissime perpendant medici, num huic morbo et alius pestilens subsit, sicuti nonnulli jam suspicabantur, observantes, nullam in aliquibus esse formam cholericam, dum alii aegrotantes vel sincope, vel summo algore, vel asphyxia, vel lethali apoplexia correpti citissime moriebantur, quin ipsa in cute vel in intestinis exanthemata nonnunquam defecerint. (1) Coeterum oblivisci non debemus aliorum morborum contagiosae vel pestilentis indolis et epidemice debacchantium exempla jam supra attulisse choleram ipsam praeter alia eminentiora symptomata referentium. Quae quidem suspicio si repetitis observationibus confirmaretur aut deleretur, nonne facilius quoque e medio tolleretur quaestio de contagiosa vel insonti morbi natura? Non-

(1) Biblioteca Ital. tom. LX. 1831. — Révu médicale 1820. 4.e livr. p. 87. — *Broussais* e *Labat.*

ne ad morbi characterem, therapiam rationalem unice dirigentem, aptius dignoscendum pervenire possemus? In hanc quoque suspicionem *Puccinottium* adductum fuisse videtur, quum scripserit « E' dunque un contagio apparentemente nuovo, evidentemente « modificato? Ma di qual altro contagio egli « si fa la progenie? Lo ignoriamo. Quand' anche ci fossero più note le malattie contagiose orientali, non potremmo ancora stabilirlo, perchè importa lungo giro d' anni, « onde un contagio scompaja con certe forme « e ricomparisca con altre, siccome si è veduto nella lue venerea » (1).

Videant porro medici et diligentissime perspiciant, quibus nam factis prima cholerae origo quodam in loco patefiat, et candide veritatem fateantur, ne bona *Magistratuum* et Guberniorum fides decipiatur; semperque mente revolvant cum *Celso* et *Sydenhamio*, quod *salus publica suprema lex esto.* Quae quidem veritas cum historica magis sit, quam rationalis, ex relatis omnino dependet fide dignissimis illorum, quibus opportunior non defuit occasio, quibusque media non defuerunt Guberniorum et Magistratuum solertia praestita, exactiores et necessarias sibi comparandi notitias. Nihilque interest, si ingressi contagiosi seminii ratio patescere haud semper potuerit,

(1) *Puccinotti;* opusc. cit. pag. 22.

cum de pestis quoque aliorumque morborum contagione observatum id fuerit, referente prae aliis cl. *Muratorio* (1). « E per dir vero, ait « ille, la sperienza ha fatto vedere troppo « spesso, che la peste non nasce da per se « stessa in tanti paesi, ma o vi ripullula tal- « volta dai panni, che ritengono il veleno della « peste antecedente, o vi entra, portatavi da « altri paesi (e questo è frequente) col mez- « zo di persone, o di merci o d'altre robe « infette, *e senza che altre volte si penetri il « come* ». Clandestinum in morbis contagiosis sat saepe contactum esse affirmat etiam cl. *Tommasinius*. « I veicoli, ait ille, della diffu- « sione de' morbi contagiosi ed i mezzi di « clandestino contatto sono pur troppo infiniti « nel popolo, e ad onta delle più savie dispo- « sizioni dei magistrati, la negligenza, l'incre- « dulità, l'avarizia, e la mala fede li moltipli- « cano ad ogni passo » (*Tommas.* sulle feb. contag. ed epid. costit.). — Quid igitur mirum si cholerae quoque ingressus interdum plane latet; quin ideo contagiosa ejus natura inficiari queat.

Oblivisci haud debent medici argumenta positiva et directa longe majorem mereri respectum prae negativis atque indirectis. Qua-

(1) *Muratori*: op. cit. lib. 1. cap. 1. pag. 2-3.

propter pericula a doctore *Namias* (1) in animantibus instituta, si ab aliis quoque confirmarentur medicis, physicam tunc certitudinem de cholerae contagione exhiberent.

Quum aliae adsint leges, quae nisi contagionibus propriae esse videntur, medici erit sedulo perpendere; num morbus aliquis ab origine sua constanter sporadicus sit, gradatim ab initio et lente veluti Elephas incedat, nullo ad loca, climata, tempestates, aut temporum vel atmospherae vices respectu habito; num, aliquibus terrae regionibus immunibus relictis, ultro progrediatur et repente et sine prodromis iterum iterumque evolvatur; num morbi character generalis in omnibus aegrotantibus

(1) Le esperienze del Dottor *Namias* (memor. sulle malattie che dominarono nell' ultimo quadrimestre del 1835 in Venezia) sui conigli e sui cani, fatte col sangue dei colerosi morti o nello stadio algido o di incipiente ed incompleta reazione, offrono la certezza fisica che nel sangue di essi infermi evvi un principio pernicioso all' animale economia, il quale è suscettibile di propagarsi coll' innesto ad altri animali della medesima specie (ed allora gli effetti sono più pronti e più gravi) od anche di specie differente. Siffatte esperienze varrebbero quindi a provare falsa la conchiusione del Sig, *Foy*, il quale giudicò innocuo l' innesto del principio cholerso, per ciò solo che tale riescì sopra se stesso, senza variare e ripetere gli esperimenti e senza valutare le individuali disposizioni, e senza richiamare alla mente, io soggiungerei, l' immunità che per lungo tempo ebbe ai contagi il valoroso ed infelice *Valli*.

idem appareat, quamvis ob diversam in singulis hominibus organorum dispositionem, non semper eadem sit morbi, quae eminet forma; num morbo statim corripi et illi soleant, qui ab urbe aliqua remota prosilientes infectam adeunt provinciam; num pauci sint qui, morbo exantlato, altera vice in eundem morbum rursum incidere soleant (1); num diffusionis periculum sub maximo morbi gradu augeatur, magisque ab aegrotantibus quam a cadaveribus sit; num commercialem relationem morbi huc et illuc pervagantis evolutionem vix non semper antecedere compertum sit; num denique id praecipue in locis obveniat physicas conditiones plane oppositas referentibus. — Quae omnia, cum dicunt, fere ubique locorum praesertimque, ut de longinquis sileam exemplis, in Liguria, Pedemontio, Etruria, Massilia, Venetiis et Langobardia contigisse, quis nam anceps adhuc haerebit, primam morbi originem ab advecto contagio nunquam vero ab epidemico influxu promanare?

Reliqua vero momenta a genio epidemico, vel ab endemica loci natura, a tempestatum temporumque vicibus, a moribus, a pravo vivendi genere, ab alimentis potibusque, atque a conviviis prodeuntia, eo magis cholerae diffusioni favere, donec popularis seu epidemicus morbus fiat, satis compertum est.

(1) *Puccinotti*: opus. cit. pag. 78.

Praestat ideo cum praelaudato *Tommasinio* (1) repetere : « dopo tante prove di comu« nicazioni immediate o mediate dei sani co« gli infermi, prove dedotte dai fatti, non « solo confermati dalle osservazioni e testi« monianze degne di fede, ma pubblici e no« torj, io confesso di non poter intendere, « come si agiti tutt' ora la questione del con« tagioso e non contagioso. »

Dolendum sane est hac nostra aetate, medicos etiam non incelebres esse, qui praesentis cholerae primam originem simpliciter epidemicam tuentur; et si *Buffalinius* (2) vir coeterum praeclarus putat, fidem haud mereri innumera facta a medicis italis relata, translatum contagium cholericum indubie testantia, exterarum quoque gentium consulat scripta, atque tunc demisso ob oculos nebuloso velamine, veritas candide ei elucescet.

Sed neque de hoc mirandum, si hujusmodi anceps judicium de aliis quoque pestilentibus morbis proditum fuit, ut magni etiam nominis viri deciperentur, sicuti *Capivaccius* et *Mercurialis* viri longe clarissimi decepti sunt de peste ipsa Venetam urbem ingressa anno 1576, ut supra monuimus, quamvis jam insignes edidisset strages, eoque sententiam rogati, de-

(1) *Tommasini:* op. cit. sul cholera pag. 217.

(2) *Buffalini :* intorno alla cholera ed alle malattie epid. e contag. 1835.

cepti specie epidemici, pestem ingruentem, oblata publice securitate, metuendam negarint.

Hac de causa, praetervisa nempe contagiorum decurrendi ratione, in Massiliensi peste ann. 1720 cespitasse medicorum judicia *Rosa*, *Burserius* (1) et *Haènius* prae aliis testantur. « Neque inceptae modo, inquit praedictus « *Haënius*, verum et praegressae, immo et « adultae pestis, nomen in disceptationem vo- « cabatur, haud a medicis, chirurgisque, et « regionis, et urbis, duntaxat, verum etiam « a summis medicinae Antistibus. »

Nulla alia epidemia, quam illa sudoris anglicani majorem cum epidemia cholerica communitatem exhibuit, si nos primam ejus evolutionem ac celerem per Angliam diffusionem perpendimus: et quamvis nullum superesse possit dubium, hunc morbum a contagio omnium primo in exercitu Enrici VII anno 1485 fuisse extricatum, tamen, referente *Heckero* (2), ancipites de vera morbi indole contagiosa an potius epidemica imprimis medici fuere.

Ita etiam apud multos et magni nominis medicos tussis russa (la grippe) haud contagiosa videbatur, cum more epidemicorum latissime et celerrime propagaretur morbus in

(1) *Burs.* inst. med. de feb. t. I. — *Rosa* op. cit. — *Haen.* op. cit. t. 8. sect. 2. cap. 2. pag. 141.

(2) *Hecker*: op. cit. Eccitamento allo studio delle epidemie e cenni sul sudore inglese dell'anno 1485.

ea offendens momenta contagiorum diffusioni utplurimum faventia atque opportuniora, donec in Italia potissimum lux affulserit, contagiosamque morbi indolem extra dubitationis aleam medici posuerint.

Pariterque decepti fuerunt medici sub peticulari aut miliari epidemia contagem plane negantes morbique originem epidemicae constitutioni tribuere volentes. Ideo nil mirum, si etiam sub postrema epidemia peticulari non defuerunt medici contagiosam morbi originem denegantes, quamvis eximiorum virorum scripta, praecipueque *Fracastorii*, *Burserii*, *Rasorii*, aliorumque hanc veritatem indubiis argumentis ostendissent.

Quid porro, si a nonnullis Stollianae Scholae adseclis visum est, contagiorum omnium existentiam inficiari quodammodo posse, ipsius pestis contagione non excepta (1)?

Nonne medici nonnulli adhuc dum digladiantur circa primam typhi icterodis tropicorum contagiosam naturam?

Quid si ab aliis, ad primam cholerae originem epidemicam suffulciendam, exempla referuntur animalium ac praecipue avium, quae adventante aut fervente epidemia cholerica repentina morte capta reperiebantur; dum isti

(1) Quae quidem opinio a nonnullis hodiernis medicis Anglis rursus producitur!

obliti sunt, eosdem casus alias epidemias contagiosas vel praecessisse, vel concomitatos esse, sicuti *Thucidides* de peste *Atheniensi*, *Fracastorius* de illa Patavii et Venetiis, *Bocaccio* de ea *Florentiae*, *Massarias* de Vicentina peste retulerunt? — « In obsidione Trojana, inquit « cl. *Huxam* (1), primo canes, mox muli, post « homines peste correpti fuerunt. Haud semel « observavi, morbum inter pecora erupisse « primo, dein eum ipsum paulo post tempore « in homines epidemice saevisse. »

Quum denique primitiva cholerae morbi evolutio atque natura ab aliquo contagio, medicorum et magistratuum consensu statueretur, quammaxime oporteret, ut medici prudentiores essent in seligenda prophylaxi, quae cum gravitate, diffusionis vi et duratione contagii congrueret. Quis enim non videt, non omnes morbos contagiosos eandem poscere prophylaxim? An forte nonnullorum mens erit, tristissima revocandi exempla, aeternae potius oblivioni tradenda pestis orientalis aut occidentalis, quae adeo miserandas calamitates fere ubique locorum afferre potuerunt? Aequa ideo lance, dicam cum illustri *De-Haen* (2), rem ponderare gravissimumque praebere judicium ad Reges et Gubernia pertinet omnino.

(1) *Huxam.* op. cit. t. 3. pag. 32.

(2) *De Haën*: Rat. med. t. 8 sect. 2 cap. 2 de incerta pestis diagnosi.

Choleram morbum Europam peragrantem nullibi magnam in populum stragem edidisse, neque insignem diffusionem ostendisse vidimus, nisi momenta plura maxime adversa contulissent. Sic bella, annonae caritas, populi incuria, illiusque in medicam prophylaxim et in medicos contemptus, civium fuga, endemicae prophases plane infaustae, tempestates diu perversae, pravum aut miserrimum vivendi genus, therapia vel incerta vel morbi naturae omnino opposita, aliaeque publicae calamitates, siquidem in Polonia, in Galitia, in aliquibus Ungariae et Rossiae regionibus, in Liguria, Massilia concurrebant, ut morbus periculosior lethaliorque fieret magisque epidemicus super populum propagaretur. — Ex alia vero ratione quis nam potest cholerae contagionem, ejus vi, diffusionis gradu et duratione perpensis, cum pestis contagio conferre?

In rationali igitur prophylaxi seligenda ut cholerae diffusioni obviam ire valeamus, nec omnia sperni, nec cuncta concedi posse autumamus, ne morbus sibi metipsi relictus in publicam gravioremque calamitatem abeat, vel ex adverso prophylactica adminicula et praecepta in auxilium revocentur, quae tamquam morbo pejora universale gentium infortunium augescant.

Quammaxime autem interest, ut haec veritas ad publicam igienem pertinens popularis

reddatur: si enim bona populorum fides deficit, frustranei sat saepe fiunt Guberniorum, Magistratuum Medicorumque laudabiles conatus, vel saltem generalis hominum funestior desponsio subnascitur, quae horum morborum propagationem utplurimum fovet, hominesque in speciem socialis criminandi lethargi statim conjicit.

Sapientissime igitur amantissimus noster *Vice-Realis Princeps Archiduca Rainerus*, subditi populi bono atque commodo publico sedulo et ex corde prospiciens, voluit, ut caedem revocarentur prophylacticae leges, quas, sub peticulari contagiosa epidemia anno 1817 in Langobardia et Venetiis grassante, sequuti jam sumus ad morbi diffusionem quantocyus praepediendam atque averruncandam (1).

FINIS.

(1) Gaudeo magnopere, me quodammodo in opinionem coniicisse clar. *Zecchinelli* (*) viri expertissimi, qui eadem principia de cholerae contagione primitus advecta professus est in sua admodum laudanda dissertatione, quae, cum nimis sero ad me pervenerit, non potuit hujus opellae jam typis concreditae objectum sistere.

Quam veritatem meridiana quoque luce ostendunt pericula in animantibus repetita a doct. Novati perquam distincto hujus Universitatis alumno; dum ille discendi suisque concivibus juvandi cupidus choleroso morbo in Bergomensi provincia desaeviente totis viribus studet.

(*) *Zecchinelli* sul cholera che si mostrò in Padova nel 1835 e 1836.

		Errata	*Corrige*
pag.	14	higrometram	higrometrum
	25	quidem	quae quidem
	26	lombagines	lümbagines
	29	*Van-Svieten*	*Van-Swieten*
	50	*Andreas*	*Andraeas*
	61	notata	notatu
	64	,	;